

ARS RIVIPVLLENSIS
COMMENTVM ANONYMVVM IN ARTEM DONATI

CONSPECTVS CODICVM

- R* Barcelona, Archivo de la Corona de Aragón, Ripoll 46 (s. X¹)
- V* Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. lat. 3318 (s. X²)

INCIPIT COMMENTVM <IN ARTEM>
DONATI GRAMMATICI VRBIS ROMAE

Titulus quare dicitur? Titulus Graece, Latine illuminatio. Declarat enim breui illuminatione quod in sequenti asseritur libro. Vel titulus dicitur a Titane, id est a sole. Nam ut sol illuminat quaeque obscura, sic titulus sequentia. Idem et elencus, a Graeco elios. 5

Quot sunt requirenda in principio uniuscuiusque libri? Tria.

Quae? Persona, locus, tempus. Persona: quis composuit; locus: ubi composuit; tempus: quando composuit. Duo igitur in hoc titulo demonstrat, id est personam et locum: personam cum dixit "Donati grammatici"; locum cum dixit "urbis Romae". Tertium uero, id est tempus, ad exercitandum lectoris studium dimisit. Verum Donatus artigraphus tempore comprehenditur extitisse principum Romanorum Constantini, Constantis et Constantii. Cuius sanctus Hieronimus ita in cronica, quam Eusebio Caesariensi subiunxit, meminit dicens: *Victorinus rethor et Donatus grammaticus urbis Romae praeceptor meus insignes habebantur. E quibus Victorinus etiam statuam in foro Troiano meruit. Quem dum praefato tempore memorat, eundem quoque ipso tempore fuisse demonstrat. Qui fuit magister urbis Romae temporibus Liberii papae, qui fuit pontifex eiusdem ciuitatis trizesimus sextus post beatum Petrum principem apostolorum.* 10 15 20

R V

1. ARS *supra* COMMENTVM *add.* V² 2. GRAMMATICI : -TIC R 6. sic : s- et V ~ titulus : tutu- R 11. tertium uero id est *om.* V 14. et *om.* V

1-2. cf. Don. *min.* 585.1; *mai.* 613.1 (apud app. crit.) 3-6. Rem. *min.* 1.8-2.2 7-12. cf. Mur. 4.32-5; Sed. *mai.* 55.19-23; *Laur.* 3.3-9; Rem. *min.* 6.1-6 12-21. accessus in Don. *Donatus artigraphus tempore deprehenditur*

15-17. Hier. *Chron.* a. 354

Incipit unde componitur? Ex 'in' praepositione et 'capio capis' uerbo et est compositum ex integro et corrupto. Dicitur ergo incipit quasi incapit, id est initium et exordium sumit. Non, ut quidam uolunt, ex
 25 'in' praepositione et 'coepi' uerbo defectiuo, quod tantum praeteritum habet et significat captionem, sicut legitur: *coepit Dauid arcem Sion*. Neque enim 'oe' diptongus in 'i' breuem conuerteretur. Ergo friuolum est nec stare potest quod dicunt.

Quid est ars? Ars est uniuscuiusque rei bona<e> scientia summa ex
 30 subtilitate comprehensa.

Ars unde dicitur? Ab artando, id est a stringendo, eo quod artis praeceptis regulisque consistat. Quid enim artius quidue strictius quam totam Latinitatem octo partibus comprehendere? Vel ars dicitur a Graeco uocabulo ΑΠΩ ΘΥ ΑΡΗΘΗC, hoc est a uirtute.

35 Quid est grammaticus? Litteratus. Gramma enim Graece, Latine dicitur littera.

Quot sunt officia grammaticorum? Quattuor.

Quae? Lectio, enarratio, emendatio, iudicium.

Quid est lectio? Lectio est, secundum ac<cen>tuum et sensuum
 40 necessitatem, proprie pronuntiatio.

Quid est enarratio? Enarratio est, secundum poetae uoluntatem, uniuscuiusque discriptionis explanatio.

Quid est emendatio? Emendatio est errorum et figmentorum reprehensio.

45 Quid est iudicium? Iudicium est bene dictorum comprobatio.

Quid est grammatica? Grammatica est scientia recte loquendi scribendique, ratio et origo et fundamentum liberalium artium.

R V

31. a stringendo : adstringendo R ~ artis : ars V
 ἀπὸ τῆς ἀρετῆς

39. sensuum : -sum V

34. ΑΠΩ ΘΥ ΑΡΗΘΗC : sic pro

22-28. Rem. *min.* 2.3-12; cf. Mur. 3.3-6; Sed. *mai.* 55.9-11; *Laur.* 3.13-6 29-30. cf. Ps.-Prob. *GL* IV 47.16; Cassiod. *Inst.* 2, praef. 4; Sed. *min.* 5.28-9 31-34. cf. Sed. *mai.* 55.12-6; *Laur.* 3.22-5; Rem. *min.* 2.13-8; *mai.* 143.1-6 E. 35-36. cf. Clem. 11.18-22; Don. Ortigr. 4.52-4; Sed. *min.* 5.44-5; *Laur.* 4.26-8; Rem. *min.* 4.3-7; *mai.* 143.7-8 E. 37-45. cf. Clem. 11.22-8; Don. Ortigr. 4.62-5.69; *Laur.* 4.31-6 46-47. cf. Clem. 11.14-6; *Laur.* 4.28-30

26. *Reg.* II 5, 7

Quot sunt diuisiones grammaticae artis? Triginta, uidelicet partes orationis octo, uox articulata, littera, syllaba, pedes, accentus, positurae, notae, orthographia, analogia, ethimologia, glossae, differentia<e>, barbarismi, soloecismi, uitia, metaplasma, scemata, tropi, prosa, metra, fabulae, historiae. 50

Quid est urbs? Vrbs est ciuitas murorum ambitu aedificata.

Vnde dicta est urbs? Vrbs dicitur ab uruo, id est a curuatura aratri. Antiqui enim ciuitatem aedificare uolentes prius cum aratro terram scindebant et sic demum fundamenta iaciebant. Vel urbs dicitur ab orbe, id est a rotunditate. 55

Roma interpretatur excelsa et re uera adeo excelsa extitit ut caput foret totius orbis.

Quot sunt clauae sapientiae? Quinque. 60

Quae? Assiduitas legendi, memoria retinendi, contemptus diuitiarum, honor magistri, cotidiana interrogatio.

Discipulus interrogat magistrum suum dicens: "Magister, QVOT SVNT PARTES ORATIONIS, id est cuius numeri?". "OCTO."

Quid est 'quot'? 'Quot' nomen est interrogatiuum {in}finitum. 65

Cum dixit "octo", quid fecit? Certum et finitum numerum ostendit.

Partes quomodo intelleguntur secundum substantiam? Partes sunt sectiones uel diuisiones alicuius rei.

Quomodo intelleguntur secundum sonum? Partes dicuntur a partiendo, hoc est a diuidendo, quia in eis partitur oratio. Donatus posuit "partes" pro speciebus: nam partes in rebus corporalibus dicimus; species uero de incorporalibus dicimus. 70

Quid est oratio? Oratio est ordinatio dictionum congruam sententiam perfectamque demonstrans.

R V

61. sedulitas interrogandi *supra* memoria retinendi *add.* V²

48-52. Isid. *Etym.* 1, 5, 4 53-57. cf. Sed. *min.* 6.51-2; *Laur.* 4.37-40; Rem. *min.* 4.8-13
58-59. *Laur.* 4.41-2 60-62. cf. Ps.-Beda *Collect.* 124.26; *Flor. Fris.* 216; 439; Sed. *Collect.*
11.33-4 63-64. Don. *min.* 585.4-5; *mai.* 613.3-4 65. cf. Rem. *min.* 8.1-2
66. cf. Sed. *mai.* 57.95-6; Rem. *min.* 8.7-11; *mai.* 143.17-20. E. 67. cf. *Laur.* 7.2-3
67-68. cf. Mur. 46.10 69. cf. *Laur.* 7.10-1 69-70. cf. Sed. *mai.* 56.34-5; *Laur.* 7.16;
Rem. *min.* 7.5; *mai.* 143.9 E. 70-2. Rem. *min.* 7.12 (apud app. crit.) 73-74. Prisc.
GL II 53.28-9; cf. Alc. *gramm.* PL 101, 858A

75 Oratio quare dicitur? Oratio dicitur quasi oris ratio eo quod ex ore et ratione consistat.

Quot sunt genera orationis? Quinque.

Quae? Ligatum, absolutum, allocutium, disputatium, relati-
tium. Ligatum metro, <ab>solutum prosa (prosa enim est oratio
80 producta), allocutium in epistulis, disputatium in dialogis, relati-
tium in historiis.

Quando est oratio plena? Oratio plena est sensu, uoce et littera.
Quemadmodum enim litterae apte coeuntes faciunt syllabas et sylla-
bae dictiones, sic et dictiones orationem et ex his perfecta oratio
85 constat.

Quae pars est 'quae'? Nomen est interrogatium substantiae infinitae.

Quid est oratio secundum Priscianum? Comprehensio dictionum
aptissime ordinarum, quomodo syllaba comprehensio litterarum
aptissime coniunctarum.

90 QVOT SVNT PARTES ORATIONIS? OCTO.

QVAE? NOMEN, PRONOMEN, VERBUM, ADVERBIUM, PARTICIPIUM,
CONIVNCTIO, PRAEPOSITIO, INTERIECTIO.

NOMEN QUID EST? PARS ORATIONIS CVM CASV CORPVS AVT REM PRO-
PRIE COMMVNITERVE SIGNIFICANS.

95 Cum dixit "pars orationis" quid fecit? Diffiniuit a genere, hoc est a
generalitate. Omnis enim uox articulata et litterata pars orationis gene-
raliter uocatur.

Cum dixit "cum casu" quid fecit? Diffiniuit a differentia, scilicet ad
intelligibiles partes.

100 Quare dixit "cum casu", non 'cum casibus'? Vt comprehenderet illa
monoptota nomina, quae tantum unum casum habent.

R V

78. absolutum : sol- R ~ disputatium : et d- V 86. est¹ om. V

75-76. *Laur.* 5.57-8; 7.23-4; cf. *Petr. ars* 5.9-10; 71.7-8; 113.2-3; *Smar.* 6.11 77-81. cf.
Petr. ars 5.13-5; 71.11-4; 113.5-8; *Clem.* 24.27-30; *Don. Ortigr.* 60.32-5; *Laur.* 7.24-7
79-80. (*prosa* – *producta*) = *Isid. Etym.* 1, 38, 1 82. *Isid. Etym.* 1, 5, 3 83-85. *Prisc.*
GL III 108.9-10; 109.2-3 87-89. *Prisc. GL III* 108.23-109.2 90-92. *Don. min.*
585.4-5; *mai.* 613.3-4 93-94. *Don. min.* 585.7-8; *mai.* 614.2-3 95-99. cf. *Sed. min.*
8.10-3 100-101. cf. *Sed. mai.* 66.61-71; *Rem. min.* 10.12-21; *mai.* 146.5-7. E.

Cum dixit “corpus aut rem proprie communiterue significans” quid fecit? Diffiniuit a proprio, hoc est a proprietate.

Quomodo significat nomen “corpus proprie”? Vt ‘Virgilius’.

Quomodo “communiter”? Vt ‘homo’.

105

Quomodo “rem proprie”? Vt ‘Arithmetica Nichomachi’, ‘Grammatica Aristarchi’, ‘Dialectica Aristotelis’.

Quomodo “communiter”? Vt ‘disciplina’, ‘ars’.

Quid est corpus? Corpus est quod uidetur et tangitur.

Quid est res? Res est quae nec uidetur nec tangitur et tamen est, ut est ‘iustitia’, ‘pietas’, ‘caritas’ et cetera.

110

Nomen quare dicitur? Nomen dicitur a notamine eo quod uocabulo suo res incognitas nobis notas efficiat. Nisi enim nomen scieris, cognitio rerum perit.

Nomen quid est secundum Priscianum? Nomen est pars orationis quae unicuique subiectorum corporum uel rerum communem uel propriam qualitatem distribuit. Dicitur autem nomen a Graeco uocabulo quod est noma. Neme<in> enim Graece, Latine dicitur distribuere. Vel, ut alii uolunt, nomen quasi notamen, quod hoc notamus uniuscuiusque substantiae qualitatem. Et communem quidem qualitatem corporum demonstrat, ut ‘homo’, propriam uero, ut ‘Virgilius’, rerum autem communem, ut ‘disciplina’, ‘ars’, propriam uero, ut ‘Arithmetica Nichomachi’, ‘Grammatica Aristarchi’.

115

Quomodo diffinitur nomen secundum dialecticam? Nomen est uox significatiua secundum placitum sine tempore, cuius nulla pars <est> significatiua separata, ut ‘Socrates’.

120

125

Quid est dictio? Dictio est pars minima orationis constructae, hoc est in ordine compositae. Pars autem, quantum ad totum intellectum, id est

R V

106. proprie : -iam RV 106-107. Grammatica : -i Vac 109. quod : qui V
 111. pietas : et p- et R 113. nomen scieris : s- n- V 118. quod : qui V
 119. notamen quod : -amur qui V 121. propriam : -a (-e a. c.) V
 122. disciplina : -ne V ~ propriam : -a V

102-103. cf. Sed. *min.* 8.13-6 104-108. cf. Prisc. *GL* II 57.4-7 109. Smar. 14.39;
 15.67-8 110-111. Smar. 14.40-2 112-114. Isid. *Etym.* 1, 7, 1 115-123. Prisc.
GL II 56.29-57.7 118. cf. Sed. *mai.* 60.95-6; 65.45-6 124-126. Boeth. *herm.* 2;
 Cassiod. *Inst.* 2, 3, 11; Isid. *Etym.* 2, 27, 5; Alc. *dialect.* PL 101, 973A-B 127-131. Prisc.
GL II 53.8-12

130 ad totius sensus intellectum, pertinet; hoc autem ideo dictum est, ne quis conetur 'uires' in duas partes diuidere, id est in 'ui' et 'res', uel quaedam huiusmodi. Non enim ad totum intellectum haec fit diuisio.

Quid est proprium nominis? Proprium est nominis substantiam et qualitatem significare. Hoc habet etiam appellatio et uocabulum: quare tria una pars orationis est.

135 Quid est species? Species est quae de pluribus et differentibus numero, non specie, in eo quod quid sit, praedicatur uel ostenditur.

Quid est proprium? Quo unaquaeque species quolibet certo et naturali additamento designatur et ab aliarum communione specierum certissime separatur.

140 Quid est accidens? Qui <d> quid substantiae accidit et ab ea recedit praeter eius corruptionem, ut color in corpore.

Quid est qualitas in nomine? Qualitas est in nomine per quam cognoscimus unumquodque nomen, si sit proprium an appellatiuum.

145 Quid distat inter proprium et appellatiuum? Quod appellatiuum naturaliter commune est multorum, quos eadem substantia siue qualitas siue quantitas generalis uel specialis iungit: generalis, ut 'animal', 'corpus', 'uirtus'; specialis, ut 'homo', 'lapis', 'grammaticus', 'albus', 'niger', 'magnus', 'breuis'. Proprium uero naturaliter uniuscuiusque priuatam substantiam et qualitatem significat et in rebus est indiuiduis, quas philosophi atomos uocant, ut 'Plato', 'Socrates'. Itaque caret communione naturali.

150 SPECIES APPELLATIVORVM NOMINVM quot SVNT? Viginti septem et eo amplius.

R V

130-131. quaedam : qui- V 136. quod *om.* V 137. unaquaeque : una quaque V 143. unumquodque : -quemque V 144. quod : quia V 145. naturaliter commune : naturale R 150. atomos : atanos R 152. uiginti septem : XXX et VII V

132-134. Prisc. *GL* II 55.6-7 135-136. cf. Boeth. *Porph. Isag.* 9.6-7; Cassiod. *Inst.* 2, 3, 8; Alc. *dialect. PL* 101, 953C 137-139. cf. Cassiod. *Inst.* 2, 3, 8; Alc. *dialect. PL* 101, 953D 140-141. cf. Cassiod. *Inst.* 2, 3, 8; Alc. *dialect. PL* 101, 954A 142-143. cf. Don. *min.* 585.10-1; *mai.* 614.6 144-148. Prisc. *GL* II 58.14-8 148-151. Prisc. *GL* II 58.25-59.1 152-153. cf. Don. *mai.* 615.1; Sed. *mai.* 77.29-31; Rem. *mai.* 150.12-4 E.

Quae? CORPORALIA, VT 'caelum', 'TERRA', 'MARE'.

INCORPORALIA, VT est 'IVSTITIA', 'PIETAS', 'longanimitas'. 155

PRIMAE POSITIONIS, id est quae semper aliis principaliter prima ponuntur, VT 'caelum', 'terra', 'rus', 'MONS', 'SCOLA'.

DIRIVATIVA, id est quae ab istis originem trahunt uel sonum accipiunt, VT a caelo 'caelestis', 'caelicola'; a terra 'terrenus', 'terrigena'; a rure 'ruricola', 'rusticus'; a monte 'MONTANVS', 'monticola'; a scola 'SCOLASTICVS', 'scolarius'. 160

DIMINVTIVA, id est quae principalem suum sensum minuunt, non dirimunt, VT 'libra libella', 'capra capella', 'liber libellus', 'tantus tantillus', 'rex regulus', 'mas masculus', 'currus curriculum', 'dies diecula'.

QVASI DIMINVTIVA, id est quae sonum tantum habent diminutiuorum, VT 'TABVLA', 'MACVLA', 'candela', 'VINCVLVM', 'oraculum'. 165

TOTA GRAECAE DECLINATIONIS, VT 'THEMISTO', 'CALIPSO'.

TOTA CONVERSA IN LATINAM REGVLAM, VT '<POLLVX> POLIDEVCES', 'VLIXES ODISSEVS'.

INTER GRAECAM LATINAMQVE FORMAM, VT 'ACHILLES', 'AGAMEMNO'. 170

OMONIMA, id est quae sub unius nominis sono diuersas esse species insinuant, VT 'palma', 'laqueus', 'cornu', 'uox', 'ACIES'.

SINONIMA, id est cum una res multis nominibus appellatur, VT 'TERRA', 'aqua', 'petra', 'ENSIS'.

PATRONOMICA, VT a Iustino 'Iustin<ian>us', a Claro 'Clarinus'. 175

TETHICA, ID EST POSSESSIVA, VT 'seruus', 'ancilla', 'ager', 'uinea'.

MEDIAE SIGNIFICATIONIS, id est quae ad utrumque significationem conuertunt, id est ad bonum et ad malum, VT 'MAGNVS', 'grande', 'FORTIS', 'longa'. Quomodo? Dicimus enim 'magnus imperator' <et>

R V (usque ad 170 inter)

161. scolarius *om.* V 162. sensum *om.* R 163. dirimunt : -mitur V
177. utrumque *corr.* ex Smar. : utram- R

154. Don. *mai.* 615.1-2; Smar. 14.39-40 155. Don. *mai.* 615.2; Smar. 10.103-4; 14.40-1
156-157. Smar. 16.98-100; cf. Don. *mai.* 615.3 158-161. Smar. 16.101-7; cf. Don. *mai.*
615.3-4 162-164. Smar. 17.129-18.144; cf. Don. *mai.* 615.4 165-166. Smar.
18.150-5; cf. Don. *mai.* 615.5-6 167-170. Don. *mai.* 615.7-9 171-172. Smar.
19.184-7; cf. Don. *mai.* 615.10 173-174. Smar. 21.230-2; cf. Don. *mai.* 615.11
175. Smar. 21.239-42; cf. Don. *mai.* 616.1 176. Smar. 22.243-5; cf. Don. *mai.* 616.5
177-181. Smar. 24.297-306; cf. Don. *mai.* 616.7

- 180 'magnus latro', 'grande malum' et 'grande bonum', 'fortis uir' et 'fortis latro', 'longa pax' et 'longa discordia'. EPITHETA ETIAM DICUNTUR quae Latine adiectiua uel superposita nominantur eo quod ad implendam sui significationem nominibus adiciantur, ut 'magnus', 'doctus'. Adicis ea personis, ut 'magnus philosophus', 'doctus homo', et plenus est sensus.
- 185 Actualia, id est quae descendunt ab actu, ut 'dux', 'rex', 'cursor', 'nutrix', 'arator'.
 QUALITATIS, VT 'sanctus', 'iustus', 'pius', 'iniustus', 'impius'.
 QUANTITATIS, VT {'Graecus' a Graeco,} 'modicus', 'breuis', 'latus'.
 GENTIS, VT 'GRAECVS' a Graeco, 'Latinus' a Latino.
- 190 PATRIAE, VT a Roma 'ROMANVS', ab Ispania 'Spanus', a Francia 'Francus'.
 NUMERI, VT 'DVO', 'tres' et cetera usque ad mille.
 ORDINIS, <VT> 'PRIMVS', 'SECVNDVS', 'tertius' et cetera usque ad mille.
- 195 AD ALIQUID DICTA, VT 'PATER', 'mater', 'filius', 'filia', 'dominus', 'seruus'.
 AD ALIQUID ALITER SE HABENTIA, VT 'DEXTER' 'SINISTER', 'albus' 'niger', 'malus' 'bonus', 'lux' 'tenebrae'.
 GENERALIA, VT 'CORPVS', 'ANIMAL'.
- 200 SPECIALIA, <VT> 'silex', 'pumex', 'arbor', 'erba', 'olea', 'ficulnea'.
 FACTA DE VERBO, VT 'LECTOR', 'cantor'.
 Participalia, ut 'lectio', 'locutio', 'criminatio'.
 VERBIS SIMILIA, VT 'COMEDO', 'caligo', 'formido', 'CONTEMPLATOR', 'SPECVLATOR'.
- 205 PARTICIPIIS SIMILIA, VT 'SAPIENS', 'POTENS', 'clemens'.
 Collectiua, id est quae singulariter posita pluralem continent intellectum, ut 'populus', 'exercitus', 'plebs', 'concilium'.

R

- 181-184. Isid. *Etym.* 1, 7, 22; cf. Don. *mai.* 616.8
 185-186. Isid. *Etym.* 1, 7, 23
 187. cf. Don. *mai.* 616.9; Smar. 25.309-12
 188. cf. Don. *mai.* 616.9; Smar. 25.314-7
 189. Smar. 25.319-21; cf. Don. *mai.* 616.10
 190. Smar. 25.322-3; cf. Don. *mai.* 616.10
 192. Smar. 25.328-9; cf. Don. *mai.* 616.10-617.1
 193-194. Smar. 25.333-4; cf. Don. *mai.* 617.1
 195-196. cf. Don. *mai.* 617.3; Smar. 26.339-45
 197-198. Smar. 26.349-52; cf. Don. *mai.* 617.3-4
 199. Don. *mai.* 617.5
 200. cf. Don. *mai.* 617.5; Smar. 15.85-16.93
 201. cf. Don. *mai.* 617.5-6; Smar. 26.359
 202. Smar. 26.360-3
 203-204. Don. *mai.* 617.6-7; Smar. 27.367-9
 205. Don. *mai.* 617.6; Smar. 27.370-1
 206-207. Smar. 27.385-7

Absolutiua, id est absolute posita, ut 'Deus', 'ratio', 'lux', 'ueritas', 'sol', 'luna'.

Temporalia, id est quae tempus significant, ut 'ora', 'dies', 'ebdomada', 'mensis', 'annus'. 210

PROPRIORVM NOMINVM SPECIES quot SVNT? QVATTVOR.

Quae? PRAENOMEN, NOMEN, COGNOMEN, AGNOMEN.

Da horum exempla. Praenomen 'Imperator', nomen 'Karolus', cognomen 'Francus', agnomen 'Prudens'. 215

Dic de praeteritis. Praenomen 'Rex', nomen 'Salomon', cognomen 'Ebreus', agnomen 'Propheta'.

Quid est comparatio? Comparatio est conferentia uel collatio similium uel dissimilium rerum. Nam comparare est similes res inter se conferre. Item comparatio est nomen intentionis in comparandis per excellentiam creaturis. Non enim nomina per creaturas, sed creaturas per nomina comparamus. 220

Comparatio quare dicitur? Comparatio dicitur eo quod comparando, id est adsimilando, alterum alteri praeferat.

Positiuus quare dicitur? POSITIVVS dicitur quia primam obtinet positionem et PERFECTVS EST ET ABSOLVTVS. 225

Comparatiuus quare dicitur? COMPARATIVVS dicitur quia per eum comparamus et ab eo incipit fieri comparatio et EST GENERIS SEMPER COMMVNIS, ut 'hic et haec iustior'.

Superlatiuus quare dicitur? Superlatiuus dicitur quia superfertur his duobus gradibus, id est positiuo et comparatiuo. Et tria in eo genera continentur: 'doctissimus', 'doctissima', 'doctissimum'. 230

Comparatiuus gradus per quod resoluitur? Per 'magis' aduerbium et per positium. Quid est enim 'doctior' nisi 'magis doctus' uel 'magis docta'? 'Doctius' nisi 'magis doctum'? 235

R

210-211. ebdomada : -moda R 230. superfertur : -feratur *R^{ac}* 235. doctius : -ior R

208-209. Smar. 27.389-91 210-211. Smar. 27.393-4 212-213. cf. Don. *mai.* 614. 7-8 214-217. Smar. 29.447-30.454 218-219. cf. Sed. *min.* 9.67-9 219-222. cf. *Bern.* 76.17-9; Clem. 31.6-8; Don. Ortigr. 86.574-6; Sed. *mai.* 100.24-6; *Laur.* 24.56-8 223-224. cf. Sed. *mai.* 99.2-4; Rem. *min.* 12.7-9; *mai.* 231.19-20 225-226. cf. Don. *mai.* 618.7; Sed. *mai.* 100.29-31 227-229. cf. Don. *mai.* 617.11-2; Smar. 35.74-5 230-231. Smar. 38.172-3 231-232. Smar. 39.179-80 233-235. cf. Rem. *min.* 14.21-7

Superlatius per quod resoluitur? Per 'ualde' aduerbium et per positium suum. Quid est enim 'doctissimus' nisi 'ualde doctus'? 'Doctissima' nisi 'ualde docta'? 'Doctissimum' nisi 'ualde doctum'?

240 Quare dixit Donatus comparationem nomini accidere cum non omnibus accidat nominibus? Quia, si non accidit omnibus, accidit tamen quibusdam. Totum ergo pro parte ponens, per sinedochen comparationem nominum accidere dixit.

SERVIT aliquando COMPARATIVVS GRADVS alicui nisi ABLATIVO CASVI? Seruit etiam NOMINATIVO quando 'quam' particulam sequitur, VT 'DOCTIOR HIC QVAM ILLE'.

SVPERLATIVVS CVI? GENITIVO TANTVM PLVRALI.

250 Quare dixit Donatus genituo tantum plurali seruire superlatium cum etiam genituo singulari plerumque seruiat, ut 'Hector fortissimus fuit gentis Troianae'? Quia hoc non fit nisi in ipsis nominibus quae in singulari numero pluralitatem significant, ut 'sapientissimus populi'.

255 Quid est genus? Genus est indicium creandi agnitorum corporum seu agnitarum rerum. Aliter genus est exploratio sexus per uocem carentem genere. Vel genus est in nomine dictio finalis determinatione discreta, unde sexus uterque cognosci potest. Nam illa uox non est genus, sed quod per eam intelligitur.

Genus quare dicitur? Genus dicitur a generando, quia masculinum generat femininum, ut 'doctus': 'us' in 'a' fit 'docta'; 'a' in 'um' fit 'doctum'.

260 QVOT SVNT GENERA NOMINVM principalium? DVO, quae sola nouit ratio naturae. Genera enim dicuntur a generando, propri{a}e quae generare possunt, quae sunt MASCVLINVM ET FEMININVM. Et nascitur a Graeco uocabulo quod est genos.

Quot modis genera dinoscuntur? Quattuor.

R

236-237. Sed. *mai.* 109.59-60 239-242. cf. Mur. 54.46-55; Sed. *mai.* 68.43-53; *Laur.* 11.38-50; Rem. *min.* 12.9-19 239-240. cf. Don. *mai.* 617.13-4 243. cf. Don. *min.* 586.2; *mai.* 618.18 244-245. cf. Don. *mai.* 619.6; Prisc. *GL* II 94.10-2 246. Don. *min.* 586.3; *mai.* 619.2-3 247-250. cf. Don. *mai.* 619.2-4; Prisc. *GL* II 94.12-3; Clem. 32.24-6; Sed. *mai.* 108.41-109.47; *Laur.* 30.54-31.60; Rem. *min.* 16.14-7 251-252. *Bern.* 82.1-2 252-255. Sed. *mai.* 69.83-8; Rem. *min.* 19.21-6 256-257. cf. infra 260-1 259-261. Prisc. *GL* II 141.4-6; cf. Don. *mai.* 619.13 261-262. cf. Isid. *Etym.* 11, 1, 2; Sed. *mai.* 109.3-4; Rem. *min.* 12.21-2 263-264. Rem. *min.* 20.1-2

Quibus? Natura, articulis, auctoritate et clausulis. Nam commune et neutrum uocis magis qualitate quam natura dinoscuntur, quae sunt sibi contraria. Nam commune modo masculini modo feminini significationem possidet; neutrum uero, quantum ad ipsius uocis qualitatem, nec masculinum nec femininum est. Vnde et commune articulum siue articulare pronomen tam masculini quam feminini generis adsumit, ut 'hic et haec sacerdos'; neutrum uero separatum ab utroque genere articulum asciscit, ut 'hoc regnum'.

Quid distat inter commune et neutrum? Quod commune habet adfirmationem duum generum, id est masculini et feminini; neutrum uero habet abnegationem duum generum, <id est> masculini et feminini, et quod commune habet illud, id est tam marem quam feminam significat.

Quid distat inter commune et epicoenon? Quod COMMVNE una uoce, sed diuersis articulis, tam marem quam feminam comprehendit, VT 'HIC ET HAEC SACERDOS'; EPICOENON uero una uoce et uno articulo tam MAREM quam FEMINAM COMPREHENDIT, VT 'hic PASSER'.

Masculinum quare dicitur? Quia marem significat.

Femininum quare? Quia feminam significat. Femen est enim pars corporis, quae et femur: femora uirorum, femina mulierum. Dicuntur autem femora inter coxalia proprie illae partes corporis quibus insidemus equis. Igitur quod est femen ab eo formatur femina. Hinc et 'femininus feminina femininum'.

Quid est numerus? Numerus est collectio unitatum uel acerus quantitatis ex unitatibus profusus. Siue numerus est in nomine dictionis forma, quae discretionem quantitatis facere potest.

Numerus quare dicitur? Numerus dicitur a numis, quia in se †reflec-

R V (a 290 dicitur²)

264. quibus : quae R 283. quae : qui R 284-285. insidemus : insedi- R
288-289. dictionis *corr. ex Prisc.* : lec- R

264-271. Prisc. GL II 141.6-13 272-276. cf. Sed. *min.* 13.81-7; *mai.* 110.18-21; Rem. *min.* 18.3-10; *mai.* 234.19-21 277-279. cf. Don. *min.* 586.6; *mai.* 619.11-2; Prisc. GL II 141.10-2 279-280. cf. Don. *min.* 586.7-8; *mai.* 619.15-6; Prisc. GL II 141.14-5
281. cf. Sed. *mai.* 110.14-6; Rem. *min.* 17.1-2; *mai.* 234.15-7 282-286. Rem. *min.* 17.5-10 287-288. Boeth. *arithm.* 1, 3 288-289. Prisc. GL II 172.2-3 290-292. cf. Mur. 88.83-5; Sed. *mai.* 69.89-92; 130.29-38; *Laur.* 41.22-5; Rem. *min.* 12.23-6; *mai.* 240.7-9

titur† sicut numus, uel a Numeria dea, inuentrice num<er>orum, uel a Numa Pompilio.

Quibus modis singularis numerus constat? Tribus: natura, usu et misterio. Natura, ut 'sol', 'luna'. Vsus, ut 'sanguis', 'puluis'. Misterio, ut
295 'fides', 'baptismum'.

Quid est figura? Figura est compositio dictionum.

Figura quare dicitur? Figura dicitur a fingendo, id est a componendo. Fingere enim componere dicimus; unde et compositores luti figulos uocamus. Vel figura est in nomine res artificialis quae aut ex una parte
300 orationis constat et simplex dicitur aut ex compluribus et composita uocatur.

Simplex figura quae est? Quae non potest diuidi in duas intelligibiles partes, ut 'magnus'.

Composita quae est? Quae potest diuidi in duas intelligibiles partes, ut 'magnanimus'.
305

Simplex quare dicitur? Simplex dicitur quasi semel plexa.

Composita quare dicitur? Quasi simul posita, id est ex multis partibus constans.

Passer quare dicitur? A paruitate corporis.

Mustela quare dicitur? Quasi mus longus; telon enim Graece, Latine longum dicitur.
310

Aquila quare dicitur? Ab acumine oculorum, eo quod in retortis et in reuerberatis oculis radios solis intueatur.

Miluus quare dicitur? A mollicie, eo quod mollis sit in uiribus siue
315 in uolatu.

R V

291. Numeria : -edia RV
(et com *add. s. l. V²*) V
in *om. V*

293. numerus : -um V
310. longus : -um RV

300. et composita : posita
312. aquila : a- enim V ~

293-295. Smar. 65.11-66.38 297-299. Sed. *mai.* 69.97-9; Rem. *min.* 13.5-7; *mai.* 242.13-4 299-301. Sed. *mai.* 69.99-2; 137.36-8; Rem. *min.* 13.7-9; *mai.* 242.14-6
302-305. cf. Sed. *mai.* 137.44-5; Rem. *min.* 21.13-6; *mai.* 242.19-20 306. Mur. 92.79;
Sed. *mai.* 137.22; *Laur.* 45.20; Rem. *min.* 21.16-7 307-308. cf. Mur. 93.12-3; Sed. *mai.* 137.22-3; Rem. *min.* 21.17-8 309. Rem. *min.* 19.1-2 310-311. Rem. *min.* 19.6-8
312-313. cf. Porph. in *Hor. Sat.* 1, 3, 25; Rem. *min.* 19.3 314-315. cf. *Isid. Etym.* 12, 7, 58; Rem. *min.* 19.8-9

Iterum COMPONVNTVR NOMINA EX COMPLVRIBVS, VT 'SVBVRBANVS'.
Vrbanus est qui in urbe habitat; suburbanus est qui sub urbe habitat.

'EFFICAX' dicitur effectum capiens.

'MVNICEPS': munia capiens.

Salsus est qui est sale sapientiae conditus; 'INSVLSVS' est qui sale 320
sapientiae non est conditus.

'NVGIGERVLVS', id est nugarum portitor, Ebreum nomen est et
nugax dicitur uanus.

Quid est expugnabilis? Qui potest expugnari et ui<n>ci ab alio.

Quid est pugnabilis? Qui ualde potest pugnare cum alio. 325

Quid est 'INEXPVGNABILIS'? Qui numquam potest expugnari, id est
uinci.

Quid est territus? Qui timet.

Quid est perterritus? Qui ualde timet.

'INPERTERRITVS'? Qui nihil timet. 330

Quare dixit Donatus in prima arte componi nomina ex compluribus,
cum in secunda arte dicat: "cauendum est ne ea nomina componamus
quae aut composita sunt aut componi omnino non possunt"? Licet nos
tamdiu componere nomina donec mutant significationem; significatio-
ne autem mutata componi non possunt. 335

Quid est casus? Casus est declinatio nominis uel aliarum casualium
dictionum, quae fit maxime in fine.

Casus quare dicitur? A cadendo, quia omnes casus cadunt a nomina-
tiuio praeter uocatiuum uel eo quod unus cadat in alterum tam sensu
quam litteratura. 340

R V

317. suburbanus : sururb- V 320. sapientiae conditus : c- s- V 321. est
om. V 338. cadunt : -ent V

316-330. cf. Don. *min.* 586.12-5; *mai.* 624.2-5 316-317. Mur. 94.24-6; *Laur.* 47.69-70
318. Sed. *mai.* 139.88; *Laur.* 47.71-2 319. Rem. *min.* 22.15; *mai.* 242.25 320-321. cf.
Mur. 94.40-2; Sed. *min.* 15.60-1; *mai.* 139.12-5; *Laur.* 47.85-7; Rem. *min.* 23.2-3; *mai.*
242.27-8 322-323. cf. Sed. *mai.* 140.26-32; Rem. *min.* 23.8-11 324-327. cf. Sed.
mai. 140.44-8; Rem. *min.* 23.15-20 328-330. Rem. *min.* 23.20-1; cf. Mur. 95.60-1; Sed.
mai. 140.49-50; *Laur.* 48.7-8 331-335. cf. Mur. 95.62-9; Sed. *mai.* 141.54-61
331. Don. *min.* 586.14 332-333. Don. *mai.* 624.10-1 336-337. Prisc. *GL* II
183.20-184.1 338-340. cf. Sed. *mai.* 70.3-8; 143.6-11; Rem. *min.* 13.10-1; 23.23-24.1

QUALITAS NOMINVM IN QVO EST, id est in qua re est? BIPERTITA EST, hoc est in duas partes diuisa, in propria scilicet et appellatiua.

Quare SEX CASVS SVNT apud Latinos? Quia sex sunt negotia hominum: nominant enim, generant, dant, accusant, uocant, auferunt.

345 Nominatiuus quare dicitur? Quia per ipsum nominatio fit, ut 'nominetur iste Virgilius, ille Homerus'. Rectus autem dicitur quia ipse primus nascitur uel positione uel quod ab eo facta flexione obliqui casus nascuntur. Recte ergo primus ponitur nominatiuus quia ab illo alii regulam sumunt et per illum nomina infantibus ponimus, ut illud:
350 *nequaquam, sed uocabitur Iohannes.*

Genitiuus quare dicitur? Quia per ipsum genus significamus, ut 'genus est Priami'. Vnde possessiua quoque per ipsum casum interpretantur. Quid est enim 'Priameium regnum' nisi 'Priami regnum'? Paternus etiam dicitur quia per eum casum pater demonstratur, ut
355 'Priami filius'. Vnde patronomica pariter in eum casum resoluuntur. Quid est 'Priamides' nisi 'Priami filius'?

Datiuus quare dicitur? Datiuus dicitur quia per eum damus, ut 'do homini illam rem'. Dicitur etiam commendatiuus, ut 'commendo homini illam rem'.

360 Accusatiuus quare dicitur? Quia per eum accusamus, ut 'accuso hominem'. Dicitur etiam causatiuus, ut 'in causa hominem facio'. Dicitur etiam laudatiuus quia per illum laudamus, ut 'laudo Deum'. Et diriuatur a uerbo 'cudo cudi'; inde est illud uerbum frequentatiuae formae 'incuso incusas' et 'accuso accusas', 'accusatus accusati' addita 'uus' fit
365 'accusatiuus'.

Vocatiuus quare dicitur? Quia per eum uocamus, ut 'o Aenea'. Dicitur etiam saluatorius, ut 'salue Aenea'.

R V

342. propria : -am R 345. dicitur : ideo (*secl. R²*) d- R 351. quia : quod R

341-342. cf. Don. *min.* 585.10-1; *mai.* 614.6; Sed. *mai.* 70.2-4; Rem. *min.* 13.13-4 343-344. cf. Virg. *Epit.* 5 343. cf. Don. *min.* 586.16; *mai.* 624.12 345-348. Prisc. *GL* II 185.11-4 348-350. cf. Rem. *min.* 24.8-12 351-356. Prisc. *GL* II 185.14-23
357-359. Prisc. *GL* II 185.23-4; Rem. *min.* 24.29-30 360-361. Prisc. *GL* II 185.25-186.1; Rem. *min.* 25.6 361-362. Rem. *min.* 25.9-10 362-365. Rem. *min.* 25.3-5
366-367. Prisc. *GL* II 186.1-2; Rem. *min.* 25.13

350. Luc. 1, 60

Ablatiuus quare dicitur? Quia per eum auferimus, ut 'aufero ab Hectore'.

Nominatiuus quare tenet primum locum? Quia primum natura protulit illum, unde uerbis quoque intransitiue iste quasi egregius adhaeret. 370

Genitiuus quare defendit secundum locum? Quia naturale uinculum generis possidet et nascitur quidem a nominatiuo, generat autem obli- 375 quos casus.

Quare datiuus tertium locum tenet? Quia conuenit tam amicis quam inimicis et quod uel eandem uocem habet genitiui uel unius abiectio- uel mutatione litterae ab eo fit.

Accusatiuus quare tenet quartum locum? Quia plus ad inimicos quam ad amicos pertinet. 380

Vocatiuus quare tenet quintum locum? Quia et apud Graecos obtinet quintum locum, quippe cum imperfectior ceteris esse uideatur: nisi secundae enim personae adiungi non potest, cum superiores quattuor omnes personas possint amplecti figurate adiuncti{s} pronomini- 385 bus, ut 'ego Priscianus scribo', 'tu Priscianus' <uel 'Prisciane> scribis', 'ille Priscianus scribit'; 'mei Prisciani eges', 'tui Prisciani egeo', 'illius Prisciani eget'; 'mihi Prisciano das', 'tibi Prisciano do', 'illi Prisciano placet'; 'me Priscianum uides', 'te Priscianum uideo', 'illum Priscianum uidet'. Similiter ablatiuus tribus personis adiungitur: 'a me Prisciano accipis', 'a te Prisciano accipio', 'ab illo Prisciano accipit'. 390

Quare ablatiuus sextum locum tenet? Quia proprius est Romanorum et, quamuis quoque ipse tribus potest sociari personis, tamen, quia nouus uidetur a Latinis inuentus, uetustate reliquorum concessit.

Quot sunt diptongi quibus utimur? Quattuor.

Quae? 'Ae', 'oe', 'au', 'eu'. Nam 'ei' non utimur quia Graeca est. 395

R V

371. intransitiue *corr. ex Prisc.* : -is RV 373. quia : quod R 374. autem *corr. ex Prisc.* : enim RV 385. uel Prisciane *suppl. ex Prisc.* 390. Prisciano¹ : -e V 391. proprius : -um RV 392. sociari : -e V 395. quae : qui RV

368-369. Prisc. *GL* II 186.2; Rem. *min.* 25.21-2 370-390. Prisc. *GL* II 186.13-187.4
391-393. Prisc. *GL* II 187.7-10 394-395. cf. Prisc. *GL* II 37.8-13

'Diptongus' quare dicitur? Eo quod binos tongos, id est binas uoces, comprehendat. Nam singulae uocales suas uoces habent.

Quot SVNT FORMAE CASVALES? SEX.

Quae? Monoptota, diptota, triptota, tetrapptota, pentaptota, exaptota.

400 EX QVIBVS SVNT NOMINA MONOPTOTA, quae una terminatione per omnes casus funguntur, ut 'nequam', 'gummi', 'alfa', 'beta', 'cornu', 'quattuor', 'quinque', 'sex'. His quidam addunt illa quae tam uoce quam significatione unum casum habent, ut 'eiusmodi', 'istiusmodi'.

405 Diptota sunt quae duos diuersos casus habent tantum, ut 'uerua ueribus' (nam 'ueru<u>m' in usu non inuenimus), 'fors forte'.

410 Alia triptota, qualia sunt omnia neutra secundae declinationis in singulari numero, ut 'templum templi templo', et in plurali tam in secunda quam in tertia et quarta, id est omnia neutra pluralia, ut 'templa templorum templis', 'sidera siderum sideribus', 'cornua cornuum cornibus'.

Alia uero tetrapptota, qualia sunt omnia in 'er' desinentia secundae declinationis, ut 'puer pueri puero puerum'.

415 Alia pentaptota, qualia sunt omnia masculina uel feminina secundae declinationis in 'us' terminantia, ut 'doctus docti docto doctum docte', 'Virgilius Virgilii Virgilio Virgilium Virgili'.

Exaptota sunt quae sex diuersos casus habent, qualia sunt masculina in 'us' desinentia, quae secundum declinationem quorundam pronominum in 'ius' efferunt genitiuum, ut 'unus unius uni unum une ab uno'.

420 Quid distat inter aptota et monoptota nomina? Sciendum est quod aptota et monoptota indeclinabilia sunt: similiter enim non uariant terminationem, sed immobilem eam seruant. Aptota tamen sunt proprie dicenda quae nominatiuum habent, qui plerumque et uocatiuus inuenitur et non accipitur etiam pro obliquis, ut 'Iupiter', 'Diespiter': non enim licet eodem pro genitiuo uti uel pro alio casu obliquo. Neutrum
425 uero si sit aptotum, necessario etiam accipitur pro <accusatiuo et>

R V

397. comprehendat : -it *R^{ac}* 399. monoptota : -ptata V 400. terminatione :
-atur R 401. funguntur : fin- R 402. quidam *corr. ex Prisc.* : -dem RV
405. usu : -um V 416. diuersos casus : c- d- V 420. enim *corr. ex Prisc.* :
autem RV 422. quae : qui RV 425. accusatiuo et *suppl. ex Prisc.*

396-397. *Prisc. GL II 37.13-5* 398-400. *Don. mai. 625.5-6* 400-405. *Prisc. GL II 187.16-188.4*
406-418. *Prisc. GL II 188.10-21* 419-439. *Prisc. GL II 184.6-27*

uocatio eius nominatiuus, quod generale est omnium neutrorum, ut
 'fas', 'nefas', 'ir', 'pus'. Monoptota uero sunt quae pro omni casu una
 eademque terminatione funguntur, qualia sunt nomina litterarum et
 numerorum a 'quattuor' usque ad 'centum'. 'Mille' quoque indeclina- 430
 bile est et siqua sunt similia, ut 'hoc a huius a', 'hoc alfa huius alfa', 'hi
 quattuor horum quattuor', 'hoc gummi huius gummi', 'hic et haec et
 hoc nequam huius nequam', 'hi quot, tot horum quot, {horum} tot' et
 barbara plurima, sed magis omnia, nisi ea{m} ad Graecam uel nostram
 flectamus regulam uel ab auctoribus flexa inueniamus. In his ergo, id
 est carentibus declinatione{m} finalium syllabarum, quae monoptota 435
 nominamus, uidentur casus fieri non uocis, sed significationis dum-
 taxat. Itaque articulis diuersis utimur pro uarietate significationis nec
 non etiam structurae rationem seruamus, sicut in declinabilibus per
 omnes casus.

DE PRONOMINE

440

PRONOMEN QUID EST? PARS ORATIONIS QVAE PRO NOMINE POSITA
 TANTVNDEM PAENE SIGNIFICAT PERSONAMQVE INTERDVM RECIPIT.

Cum dixit "pars orationis" quid fecit? Diffiniuit a genere, hoc est a
 generalitate. Omnis enim uox articulata et litterata pars orationis gene-
 raliter uocatur. 445

Cum dixit "quae pro nomine posita tantundem paene significat per-
 sonamque interdum recipit" quid fecit? Diffiniuit a proprio, hoc est a
 proprietate. Hoc enim illi soli proprium est et non commune cum aliis.

Quare dixit "paene"? Quia nomen significat substantiam cum certa
 qualitate; pronomen est substantia sine certa qualitate. 450

Quare dixit "interdum"? Propter 'quis', 'quae', 'quod' pronomina,
 quae non recipiunt certas personas.

R V

426. uocatio : -um V ~ generale est : generalem V 433-434. nostram flecta-
 mus : Latinam transfectamus V 440. de pronomine om. V 444. generali-
 tate : -em V 450. est : uero R^{pc} 452. quae : qui V

440-442. Don. *min.* 588.1-3; *mai.* 629.1-3 449-450. cf. Sed. *min.* 24.5-6; Rem. *min.*
 30.4-7 451-452. cf. Don. *min.* 588.7; *mai.* 629.6-7; Rem. *min.* 30.8-12; *mai.* 246.22-3

Quid est pronomen secundum Priscianum? Pronomen est pars orationis quae pro proprio nomine uniuscuiusque accipitur personasque finitas recipit.

Pronomen quare dicitur? Eo quod ponitur loco proprii nominis, ut 'Virgilius scripsit Bucolica{m}, ipse et Georgica{m}'.

Quid est proprium pronominis? Proprium est pronominis pro aliquo nomine proprio poni et certas significare personas. Ergo 'quis' et 'qui' et 'qualis' et 'talis' et 'quantus' et 'tantus' et similia, quae sunt infinita siue interrogatiua uel relatiua, magis nomina sunt appellanda quam pronomina: neque enim loco priorum nominum ponuntur neque certas significant personas, sed etiam substantiam, quamuis infinitam, et qualitatem, quamuis generalem, quod est suum nominis, habent. Nomina sunt igitur dicenda, quamuis declinationem pronominum habeant quaedam ex eis: non enim declinatio, sed uis et significatio uniuscuiusque partis est contemplanda.

Quare inuentum est pronomen et loco praecedentis nominis positum? Vt uirtutem eius exprimat et fastidium iterationis tollat.

Quid est qualitas in pronomine? Qualitas est in pronomine per quam cognoscimus unumquodque pronomen, si sit finitum an infinitum.

Quare dixit "fere"? Propter epicoenon, quod nomen habet, pronomen uero non habet.

Quare pronomen non habet epicoenon? Quia partim pronomina uel demonstratione finita sunt, ut 'ego', 'tu', 'ille', partim ad finitum genus, licet ad infinitam interrogatiuamque tendunt significationem, ut 'quis', 'quae', 'quod'.

Persona quid est? Persona est naturae rationabilis indiuidua substantia.

Persona quare dicitur? Persona dicitur a personando eo quod ualde sonat, id est per se sonat uel per se sonando se ipsam demonstrat. Nam

R V (usque ad 476 significationem)

453. pronomen est *om.* V 454. quae : qui V ~ pro *om.* R (*add.* R²) V
 459. qui : quae RV 462. nominum : pronomen V 468. quare : quoniam enim V
 471. unumquodque : quemque V 476. infinitam : finitum V

453-455. Prisc. *GL* II 577.2-3 456-457. cf. Seru. *GL* IV 409.35-6 458-467. Prisc. *GL* II 55.13-21 468-469. cf. Rem. *min.* 29.15-9 470-471. cf. Don. *min.* 588.5-6; *mai.* 629.5 472-473. cf. Rem. *min.* 32.8-10 474-477. Sed. *min.* 25.65-70
 478. Boeth. *c. Eut.* 3 479-486. cf. Sed. *mai.* 186.8-19; Rem. *min.* 33.13-26

personae dicebantur apud antiquos quaedam effigies, quae fiebant de
cauatis lignis siue corticibus, ad similitudinem humani capitis, quas
mimi capitibus inponebant ne agnoscerentur in ludis theatralibus
propter uerecundiam obscenorum uerborum uel factorum et quia in
illis effigiebus ualde sonabant. Ipsae effigies personae dicebantur quasi
ipsae loquerentur et inde ad homines tractum est hoc nomen. 485

Prima persona quae est? Cum ipsa quae loquitur de se pronuntiat, ut
'ego'.

Secunda persona quae est? Secunda persona est ad quam loquitur
prima. 490

Tertia persona quae est? Tertia persona est quae nec loquitur nec ad
se directum accipit sermonem.

Quare prima et secunda persona singula pronomina habent, tertiam
uero sex diuersae indicant uoces? Quia prima quidem et secunda perso-
na ideo non egent diuersis uocibus, quia semper sunt praesentes inter
se; tertia uero persona modo demonstratiua est, ut 'hic', 'iste', modo
relatiua, ut 'is', 'ipse', modo praesens iuxta, ut 'iste', modo absens uel
longe posita, ut 'ille'. 495

Quot sunt pronomina in quibus nulla est dubitatio? Quindecim.
Primitiua quidem octo: 'ego', 'tu', 'sui', 'ille', 'ipse', 'iste', 'hic', 'is';
diriuatiua uero septem: 'meus', 'tuus', 'suus', 'noster', 'uester', 'nostras',
'uestras'. 500

Vnde diriuantur ista septem diriuatiua? A tribus pronominibus pri-
mitiuis: a pronomine primitiuo primae personae quod est 'ego' diriuantur
tria; a singulari numero unum, a plurali duo: ab 'ego mei' uel 'mis'
'meus'; a 'nos nostrum' uel 'nostri' 'noster' et 'nostras'. A pronomine
primitiuo secundae personae quod est 'tu' diriuantur similiter tria; a
singulari numero unum, a plurali duo: a 'tu tui' uel 'tis' 'tuus'; a 'uos
uestrum' uel 'uestri' 'uester' et 'uestras'. A pronomine primitiuo tertiae
personae diriuatur unum: a 'sui sibi' 'suus'. 505 510

R

483. mimi : minimi *R^{ac}*
Prisc. : -a u- s- -as -at *R*

493-494. tertiam uero sex diuersae indicant *corr. ex*
497. uel *corr. ex Prisc.* : et *R*

487-492. *Prisc. GL II 584.11-4*
inst. 21.11-5; cf. Prisc. GL II 577.6-12

493-498. *Prisc. GL II 577.14-20*

499-502. *Prisc.*

503-510. *Prisc. GL II 580.16-21*

Cur 'nostras' et 'uestras' a plurali tantum numero diriuantur? Quia patriam seu gentem significant. Patria autem et gens unius esse non potest, sed semper multorum possessio. Itaque 'nostras' dicimus qui est a nostra patria uel gente, quam multi possidemus, hoc est tam mea
 515 quam meorum ciuium.

Quid distat inter 'mei', 'tui', 'sui', 'nostri', 'uestri' genitiuos possessiuorum et primitiuorum? Quod primitiuorum genitiuis omnes casus adiungi possunt et numeri, ut 'mei ager est' <et> 'mei agri instrumentum' et 'mei agro dedi' et 'mei agrum colo'; similiter 'mei agri' et 'mei
 520 agrorum' et 'mei agris' et 'mei agros' dicimus; similiter 'tui agrum' et 'tui agros', 'sui agrum' et 'sui agros', 'nostri agrum' et 'nostri agros', 'uestri agrum' et 'uestri agros'. Quando autem sunt possessiua, genitiuis solis adiunguntur eiusdem numeri, ut 'mei serui filius', 'tui serui uestis', 'sui serui ministerium', 'nostri serui frater', 'uestri serui soror'.
 525 Nec mirum cum in nominibus quoque hoc ipsum seruatur. Nam primitiuorum genitiuis omnes casus adiungi possunt uel numeri, ut 'Tullii ager agri agro <agrum agri> agrorum agris agros'. In possessiuis uero similis casus adiungitur et numerus, ut 'Tulliani agri', 'Tullianum agrum', 'Tullianos agros'.

530 'EGO' PRONOMEN FINITVM. Bene "finitum" quia certam et praesentem personam significat.

GENERIS OMNIS. Scilicet non per diuersas terminationes, sed tantum cum demonstratione omnia comprehendit genera. Verbi gratia uir de se dicit 'ego'; similiter femina atque mancipium.

535 PERSONAE PRIMAE. Quia de se profert.

CASVS NOMINATIVI. Non dixit 'uocatiui' quia nullus se ipsum uocat nec demonstratio eget uocationem.

EGO MEI VEL MIS. Duplicem habet genitiuum a Graecis quia quod apud nos 'mei' apud illos 'mis'.

540 'O' aduerbium uocandi ponitur loco uocatiui casus ne uideretur esse uacuuus.

R

527. agrum agri *suppl. ex Prisc.*

528. Tullianum : -i R

511-515. Prisc. *GL* II 581.8-12 516-529. Prisc. *GL* III 4.4-17 530-538. cf. Don. *min.* 588.18-9 530-531. Sed. *min.* 27.17-8 533-534. cf. Pomp. *GL* V 206.31-2
 535. cf. *supra* 487 536-537. cf. Sed. *min.* 27.31-3; *mai.* 187.45-8 538-539. cf. Prisc. *GL* III 2.28-3.1 540-541. cf. Sed. *mai.* 189.26-37; *Laur.* 85.26-30

Cum secundum Priscianum nullum pronomen habeat uocatiuum nisi primitiuum secundae personae quod est 'tu' et possessiua primae personae, id est 'meus' et 'noster', quare secundum quosdam primae personae primitiuum, id est 'ego', in plurali numero tantum habet uocatiuum? Quia possumus connumerare nostras personas his quos uocamus. 545

Quare 'tu' habet uocatiuum? Quia iste casus personae secundae proprius est, ad quam solam prima dirigit sermonem.

Quid est minus quam finita? Id est minus quam certa, quia tam de praesenti persona, id est sub oculis posita, quam de absente, id est longe posita, dici potest. 550

Cur non 'ipsud' neutrum, id est 'ipsud' non in usu apud modernos habetur, sed 'ipsum'?

Quare dicitur "articulare" 'hic'? Quia praeponitur, id est primam cognitionem significat, uel quia in constructione casualibus dictionibus semper praeponitur, ut 'hic homo'. 555

Quare dicitur "demonstratiuum"? Quia praesentem personam significat et absentem personam quasi praesentem intellectualiter repraesentat.

Quare 'c' littera in fine huius pronominis habetur? Et quare 'hui' non facit sicut 'ille illius illi', 'ipse ipsius ipsi', 'iste istius isti'? Differentiae causa, propter 'hui' interiectionem. 560

Cur non alia consonans posita est in ipsius datiui fine? Quia nulla consonans uicinior esse potuit quam illa, id est 'c', quae in suo nominatiuo erat. 565

Quare in accusatiuo huius pronominis eadem 'c' littera habetur? Eufoniae causa, ne 'hum' aut ne 'ham' per irrisionem diceretur, quamuis regularius fieret ad competentem declinationis terminationem.

Quid interest inter demonstrationem et relationem? Quod demonstratio interrogationi reddita primam cognitionem ostendit, ut 'quis 570

R V (a 542 Priscianum)

552. dici : adi- V 555. dicitur : dixit V 556. cognitionem : significat- RV
563. fine : -em R 564-565. nominatiuo : -a V 567. hum : hui R^{ac}V ~
ham : han RV

542-544. cf. Prisc. GL II 582.13-22 544-547. cf. Don. mai. 631.4-5; Sed. min. 28.57-60
548-549. cf. Sed. min. 28.73-6 550-552. cf. Sed. mai. 173.90-1; Rem. min. 36.7-10; mai.
246.29-30 553-554. cf. Sed. min. 29.2-5; Rem. min. 36.15-21 555-559. Sed. min.
29.16-30.19 560-562. cf. Prisc. inst. 22.19-21; Sed. min. 30.20-1 563-565. cf.
Mur. 130.26-7; Sed. mai. 189.19-20; Laur. 85.18-20 569-572. Prisc. GL II 579.15-7

fecit hoc? Ego'; relatio uero secundam cognitionem significat: 'is, de quo iam dixi'.

Quare 'is' "subiunctiuum" dicitur? Quia semper primae cognitioni subiungitur, id est secundam cognitionem demonstrat.

575 "Relatiuum" quare dicitur? Eo quod relationem significet et antecedentem cognitionem intellectualiter repraesentet. Nam relatio est antecedentis rei repraesentatio, ut 'Aeneas Veneris filius, is est qui uicit Turnum'.

580 Quare in hoc pronomine per singulos casus 'i' nominatiui in 'e' commutatur? Differentiae causa, ne, si 'ius' dicamus, nomen esse putetur †propriū fluuii†.

Quare datiuus 'ei' dicitur et non 'i'? Ne uerbum imperatiui modi esse putetur, quod est ab 'eo' uerbo.

585 Cur genitiuus et datiuus eius pronominis quod est 'quis' per 'c', non per 'q', scribuntur? Quia 'q' et 'c' cognationem habent inter se et ideo in nonnullis locis 'q' transit in 'c', ut 'loquor locutus', 'sequor secutus'.

590 Cur accusatiuus huius pronominis in 'em' desinit, cum ceterorum pronominum eiusdem declinationis accusatiuus in 'um' terminetur, ut 'illum', 'ipsum', 'istum'? Quia hoc pronomen, id est 'quis', secundum tertiam declinationem pronominis apud ueteres declinabatur et ideo eius accusatiuus in 'em' desinit, ut 'quem', et ablatiuus singularis in 'i', ut 'a quo' uel 'a qui'.

"Ad aliquid" quare dicitur? Eo quod sine intellectu ipsius ad quod dictum est dici non potest.

595 Notandum quod omnia possessiua pronomina, quantumcumque ad personas possidentis adtinet, intrinsecus sunt trium generum communia. Potest enim et uir et mulier et mancipium dicere 'meus est iste eq<u>us' et 'mea est ista filia' et 'meum est <istud> ornamentum'. Sic

R V

571. fecit hoc : h- f- V ~ significat *corr. ex Prisc.* : -ans RV 575. relationem : r-
id est repraesentationem V 579. nominatiui : -um V 582. non : no V
585. quia : qua V ~ cognationem : cognit- V 586. nonnullis : nullis V ~ q :
que V 588. accusatiuus : -um RV 592. a² om. V

573-578. Sed. *min.* 30.32-6 579-580. Sed. *min.* 30.37-8 582-583. Sed. *min.* 30.38
584-586. cf. Prisc. GL II 36.5-9 587-592. cf. Prisc. GL III 9.4-8 593-594. cf.
Prisc. GL II 60.19-20 595-599. Sed. *min.* 31.72-7

et de ceteris intelligere possumus. Et sciendum est quod 'meus' ex parte possessoris, id est intrinsecus, est omnis generis, singularis numeri et primae personae; ex parte possessionis, id est extrinsecus, discernit genera, quomodo et numeros, pro generibus nominum quibus adiunguntur, ut 'meus seruus', 'mea ancilla', 'meum mancipium', 'mei serui', 'meae ancillae', 'mea mancipia'.

Cur 'mi' facit uocatiuum, cum secundum regulam deberet 'mee' facere? Eufoniae causa duas 'e' breues in 'i' longam conuertit.

'Tuus' ex parte possessoris est omnis generis, singularis numeri et tertiae personae.

Cum possessiua pronomina primae personae uocatiuum casum habeant, cur secundae et tertiae personae possessiua uocatiuum non habent? Quia prima persona suam possessionem naturaliter uocat, ut 'o mi fili', 'o mei serui'; secundae uero uel tertiae personae possessiua ideo uocatiuum non habent, quia prima persona non potest eis dirigere sermonem. Nemo enim dicit 'o tue serue' uel '<o> sue fili' nisi forte tale aliquid figurate dictum inueniatur.

'Suus' ex parte possessoris, id est intrinsecus, est omnis generis utriusque numeri et tertiae personae; ex parte possessionis est masculini generis et singularis numeri et tertiae personae.

'Noster' ex parte possessoris est omnis generis et pluralis numeri et primae personae; ex parte possessionis est masculini generis et singularis numeri et tertiae personae.

In omnibus diriuatiuis pronomibus duae intelleguntur personae, intrinsecus possessoris et extrinsecus possessionis. Vnde intrinsecus personae, in quibus genitiui primitiuorum intelleguntur, ex quibus et diriuantur, confundunt <genera>, quomodo et primitiua eorum; extrinsecus uero distinguunt ea pro generibus nominum quibus adiunguntur:

R V

600. singularis <i>om.</i> R (<i>add.</i> R ²)	607. singularis : -i V	609. pronomina :
nom- V	610. habeant : -ent R	614. tue : tu V ^{ac}
616. intrinsecus : extr- RV	625. genera <i>suppl.</i> ex <i>Prisc.</i>	626. distinguunt :
-untur V		

599-604. cf. infra 622-8 605-606. *Prisc. GL III 11.4-6* 607-608. cf. *Sed. min.*
 32.1-7 609-615. cf. *Sed. min.* 32.94-102 616-618. cf. *Sed. min.* 32.14-20
 619-621. cf. *Sed. min.* 33.37-41 622-633. *Prisc. GL II 580.24-581.8*

630 'meus seruus', 'mea ancilla', 'meum mancipium', 'mei serui', 'meae ancillae', 'mea mancipia'. Numerus uero intrinsecus hic intelligitur, quem habent genitiui primitiuorum, ex quibus diriuantur. Genera etiam possessorum demonstratio ostendit, quemadmodum in primitiuis. Extrinsecus uero terminatio distinguit numeros, quomodo et genera; in quibus regula[m] eorum consequentiam seruat mobilium nominum.

Quot sunt modi declinationum in pronominibus? Quattuor.

635 Primus quis est? Qui in tribus pronominum primitiuorum personis cernitur per obliquos casus (nam nominatiuus primae personae dissonus est a genitiuo, tertia<e> uero deficit), ut 'ego mei' uel 'mis', 'tu tui' uel 'tis', 'sui' quod debuit secundum analogiam esse 'sui' uel 'sis', quod dubitationis causa, ne uerbum put[ar]etur esse, recusauerunt proferre.

640 Secundus quis est? Secundus modus est eorum quae in 'ius' terminant genitiuos, quorum datiui abiecta 'us' genitiuorum solent finiri in 'i', ut 'ille illius illi', 'iste istius isti', 'is eius ei', 'hic huius huic', quod solum accipit 'c' per omnes casus absque illis qui in 's' desinunt, hoc est genitiuo singulari et datiuo uel ablatiuo uel accusatiuo pluralibus, qui-
645 bus tamen frequenter auctores solent addere 'ce' syllabam, ut 'huiusce', 'hisce', 'hosce', 'hasce'.

Tertius quis est? Tertius modus est qui sequitur per omnia mobilium declinationem nominum: 'meus mea meum', 'tuus tua tuum', 'suus sua suum', 'noster nostra nostrum', 'uester uestra uestrum'.

650 Quartus quis est? Quartus modus est qui sequitur per omnes casus tertiae declinationis nomina: 'nostras nostratis', 'uestras uestratis', quod ideo <in> extrema circumflectitur syllaba, quia per sincopam finitur. Vetustissimi enim similem genitiuo nominatiuum quoque proferebant.

655 Habent pronomina casuales formas? Habent. Sunt enim haec: alia monoptota, ut 'istic', 'eccum', 'eccos', 'ellum', 'ellos', 'mecum', 'tecum',

R V

628. numerus : -um V ~ hic : hoc V 629. genitiui : genera V 630. possessorum : -essiuorum V 635. pronominum : -inibus RV 638. quod : qui V
642. quod : qui V 643. qui : quae V 652. in *suppl. ex Prisc.* 654. habent¹ : h- quoque (q- *secl. R*²) R 655. ellos *om. R*

634-639. Prisc. *GL III* 2.25-30 640-646. Prisc. *GL III* 5.17-22 647-649. Prisc. *GL III* 11.2-4 650-653. Prisc. *GL III* 11.15-8 654-660. Prisc. *GL III* 2.6-11

‘secum’, ‘nobiscum’, ‘uobiscum’; alia triptota, ut ‘sui sibi se’, ‘meum’, ‘tuum’, ‘suum’, ‘nostrum’, ‘uestrum’; alia tetraptota, ut ‘tuus’, ‘suus’, ‘illud’, ‘istud’; alia pentaptota, ut ‘ille’, ‘ipse’, ‘iste’. Nam exaptota pronomina non inueniuntur, quia secunda persona, in qua sex casus inueniri possunt, similem habet uocatiuum nominatiuo. 660

Quid INTEREST INTER ARTICVLOS ET PRONOMINA? Quando CVM NOMINIBVS AVT PARTICIPIIS IVNGVNTVR, ARTICVLI sunt; quando uero SOLA proferuntur solaque declinantur, PRONOMINA sunt.

Articuli quare dicuntur? Eo quod nominibus artentur, id est coniungantur. Vel certe sicut manus articuli minutissima sunt membra et ad omnia apte flectuntur comprehendenda, ita et hae breuissimae sunt partes quia monosyllabae sunt et ad formandam locutionis constructionem aptabiliter cognoscuntur inflexae. 665

Omnia autem pronomina aut primigenia aut deductiua sunt. Primigenia dicta sunt quia aliunde non trahunt originem. Haec uiginti et unum sunt. Finita tria: ‘ego’, ‘tu’, ‘ille’; infinita septem: ‘quis’, ‘qualis’, ‘talis’, ‘quantus’, ‘tantus’, ‘quotus’, ‘totus’; minus quam finita sex: ‘iste’, ‘ipse’, ‘hic’, ‘is’, ‘idem’, ‘sui’; possessiua quinque: ‘meus’, ‘tuus’, ‘suus’, ‘noster’, ‘uester’. Reliqua deductiua dicuntur quia ex istis deducta atque composita existunt, ut ‘quispiam’, ‘aliquis’ et reliqua. 670 675

DE VERBO

VERBUM QUID EST? PARS ORATIONIS CVM TEMPORE ET PERSONA SINE CASV AVT AGERE ALIQUID AVT PATI AVT NEVTRVM SIGNIFICANS.

Quando dixit “pars orationis” quid fecit? Diffiniuit a genere, hoc est a generalitate, quia omnis uox articulata et litterata pars orationis generaliter uocatur. 680

Cum dixit “cum tempore et persona sine casu aut agere aliquid aut pati aut neutrum significans” quid fecit? Diffiniuit a proprio, hoc est a proprietate. Hoc enim illi soli proprium est et non commune cum aliis.

R V

659. non *om.* V 660. habet : -ent V ~ nominatiuo : et n- V 667. monosyllabae : -a V 670. non trahunt : natura habet V 673. is : his V 675. existunt : -stit V ~ reliqua : cetera V

661-663. Smar. 100.271-9; cf. Don. *mai.* 631.12-4 664-665. Smar. 98.224-5
665-668. Smar. 98.219-23 669-675. Isid. *Etym.* 1, 8, 5 676-678. Don. *min.* 591.5-7; *mai.* 632.4-6

685 Dicendo “agere” quid fecit? Tria genera uerborum comprehendit, hoc est actiua, ut ‘amo’, deponentia actiuam uim habentia, ut ‘loquor’, et ex parte communia, ut ‘osculor te’.

In eo quod dixit “pati” quid fecit? Tria genera uerborum comprehendit, id est passiuua, ut ‘amor’, et deponentia passiuam uim habentia, ut 690 ‘moriō’, ‘nascor’, <et> ex parte communia, ut ‘osculor a te’.

Dicendo autem “neutrum” quid fecit? Sola neutra uerba tetigit.

Quid est uerbum secundum Priscianum? Verbum est pars orationis cum temporibus et modis, sine casu, agendi uel patiendi significatiuum. Hac enim diffinitione omnia tam finita quam infinita uerba 695 comprehenduntur. Et neutra enim, quae dicuntur et absoluta, et deponentia omnimodo naturaliter uel in actu sunt uel in passione.

Quare tam in Donato quam in Prisciano positum est “sine casu”? Propter quorundam errorem qui gerundia casus uerbi putauerunt, ut ‘legendi legendo legendum lectum lectu’, uel propter eos qui infinitum 700 aliquando habere casum putauere, ut ‘da mihi bibere’, uel propter eos qui personas pro casibus habere uoluerunt.

Verbum quare dicitur? Verbum autem quamuis a uerberatu aeris dicatur, quod commune accidens est omnibus partibus orationis, tamen praecipue in hac dictione quasi proprium eius accipitur, quia frequentius utimur in omni oratione. Licet tamen pro omnibus dictionibus 705 ponere ‘uerba’ frequentique usu hoc approbatur, nec non etiam {et} ‘nomina’, sed raro, ut Virgilius: *foliisque notas et nomina mandat*; Terentius in Adelphis: *uerbum de uerbo expressum extulit*; idem in Andria: *bona uerba, quaeso*.

710 Quid est proprium uerbi? Proprium est uerbi actionem siue passionem siue utrumque cum modis et formis et temporibus sine casu signi-

R V

699. legendi : legi V 703. quod : qui V 708. idem : id est V

685-691. cf. Sed. *min.* 35.29-37 692-696. Prisc. *GL* II 369.2-5 697-699. Sed. *min.* 35.25-7 697. Don. *min.* 591.6; *mai.* 632.5; Prisc. *GL* II 369.2 699-700. cf. Sed. *mai.* 195.53-196.64 700-701. cf. Sed. *mai.* 196.84-8 702-709. Prisc. *GL* II 369.5-15 710-715. Prisc. *GL* II 55.8-12

707. Verg. *Aen.* 3, 444 708. Ter. *Ad.* 11 708-709. Ter. *Andr.* 204

ficare. Hoc habent etiam infinita, quare non sunt separanda a uerbo. Participium autem iure separatur a uerbo, quod et casus habet, quibus caret uerbum, et genera ad similitudinem nominum, nec modos habet, quos continet uerbum.

715

Verbum quid est secundum dialecticam? Verbum est quod significat tempus, cuius pars nihil extra significat, sed semper eorum quae de altero dicuntur notat, ut 'cogitat', 'disputat'.

Quid est qualitas in uerbo? Qualitas in uerbo est per quam cognoscimus unumquodque uerbum, cuius modi sit uel cuius formae.

720

Quid est coniugatio? Coniugatio est consequens uerborum declinationis. Coniugatio dicitur a coniungendo eo quod sub uno iugo, id est sub una regula declinationis, multa uerba coniungantur. Coniugatio autem dicitur uel propter coniugatas consonantes, hoc est affines, ex quibus pleraeque apud Graecos coniugationes regulam sumunt, uel quod una eademque ratione declinationis plurima coniungantur uerba, quod magis ad Latinorum pertinet nominationem. Tres tantum dicit coniugationes Donatus per ordinem trium uocalium, 'a', 'e', 'i' {coniugationes}, quartam cum tertia faciens differentiam in 'i' productam et correptam.

725

730

Genus in uerbo quare dicitur? Genus in uerbo dicitur a generando eo quod ad similitudinem generum <nominum> unum generetur ab altero. Actiuum enim generat ex se passiuum rursusque passiuum generat actiuum.

Modi qui sunt? Modi sunt diuersae inclinationes animi, uarios eius affectus demonstrantes.

735

Modi quare dicuntur? A motu, eo quod moueantur non solum uoce, sed etiam sensu. Vel dicuntur modi a moderatione et motu eo quod

R V

712. separanda : -de *R^{ac}V* 713. quod : qui *V* 714. nec : ne *V*
716. quod : quia *V* 729. tertia : -am *V* 738. dicuntur modi : -itur -us *V*

716-718. Boeth. *herm.* 3; Cassiod. *Inst.* 2, 3, 11; Isid. *Ety.* 2, 27, 5 719-720. cf. Sed. *mai.* 198.53-4 721-722. Prisc. *GL* II 442.18 722-723. cf. Sed. *mai.* 198.57-8; Rem. *min.* 43.18-20; 48.11-4; *mai.* 251.7-8 723-727. Prisc. *GL* II 442.24-7 727-730. Rem. *min.* 48.15-8 728. Don. *min.* 591.14; *mai.* 634.3 731-734. Rem. *min.* 43.24-7 735-736. Prisc. *GL* II 421.17-8 737-740. cf. Mur. 137.18-25; Sed. *mai.* 199.20-9; *Laur.* 91.4-7; Rem. *min.* 44.7-10; *mai.* 251.16-8

unus moueatur in alterum: indicatiuus in imperatiuum, imperatiuus in
740 optatiuum, sic et alii.

Quid est indicatiuus? Indicatiuus est quo indicamus uel diffinimus
quid agitur a nobis uel ab aliis.

Quare habet indicatiuus omnia tempora? Quia eo modo omnia quae
egimus uel agimus uel acturi sumus absque dubitatione indicamus.

745 Quare indicatiuus dicitur? Indicatiuus dicitur ab indicando, quia
per eum indicamus actionem uel passionem uerbi, ut 'lego' uel 'legor'.
Qui ideo primus ponitur quia perfectus est in omnibus tam personis
quam temporibus et quia ex ipso omnes modi accipiunt regulam et
750 diriuatiua nomina siue uerba uel participia ex hoc nascuntur, ut 'duco
ducens duxi ductus dux', 'rego regens rexi rectus rex' et cetera, et quia
{ipsa} prima positio uerbi, quae uidetur ab ipsa natura esse prolata, in
hoc est modo, quemadmodum in nominibus casus nominatiuus, et
quia substantiam siue essentiam rei significat, quod in aliis modis non
est. Neque enim qui imperat neque qui optat neque qui dubitat in
755 subiunctiuo substantiam actus uel passionem significat, sed tantum-
modo uarias animi uoluntates de re carente substantia et quia, prius-
quam sit ille notus, non possumus scire quid imperemus uel quid
optemus. Denique hunc primum auctoritas doctissimorum tradidit
modum in declinatione uerborum.

760 Quid est imperatiuus? Imperatiuus uero est quo imperamus aliis ut
faciant aliquid uel patiantur. Qui ideo secundum tenuit locum, quod
per se absolutus {est}, quemadmodum indicatiuus, non eget auxilio
alterius partis ad plenam significationem, licet per tempora et personas
deficiat naturaliter. Quamuis enim in prima persona et in praeterito
765 deficiat, tamen ante optatiuum ponitur quia maior est qui imperat
quam qui optat. Nemo enim sibi imperare potest.

Quare imperatiui prima persona singularis non potest esse? Quia
naturaliter imperans ab eo cui imperat diuiditur. Cum ergo prima per-

R V

740. sic : sicut V
qui V

751. prima : p- persona (pe- *secl.* R²) R

761. quod :

741-742. Prisc. *GL* II 421.20-1
min. 44.14-6

743-744. Prisc. *GL* II 406.12-4
421.21-422.16

745-746. Rem.
760-764. Prisc. *GL* II 423.26-
424.3

764-766. Rem. *min.* 45.2-6

767-771. Prisc. *GL* II 449.7-11

sona est quae loquitur, ipsa sibi imperare non potest. Vnde hic modus uocatiuum casum asciscit, qui in secunda tantum persona inuenitur, ut 'doce, grammaticae'. 770

Quare imperatiuus in plurali numero habet primam personam? Quia possumus connumerare nostras personas his quos uocamus uel his quibus imperamus. Sed magis hortatiua est quam imperatiua. Nam ipsa cum aliis iuncta suos socios ammonet dicens 'legamus, fratres'. 775

Quare imperatiuus non habet praeteritum, sed praesens tantum et futurum? Imperatiuus praesens et futurum naturaliter quadam necessitate uidetur posse accipere; ea enim imperamus quae statim in praesenti uolumus fieri sine aliqua dilatione. Non solum enim illi qui nondum coepit imperantes utimur praesenti tempore, sed etiam illi qui coepit et in ipso actu est, ut permaneat in eodem, ut si quis ei qui coepit legere uersum dicat 'lege usque in finem'. 780

Optatiuus quare dicitur? Ab optando. Quicquid enim nobis uel aliis euenire uolumus per hunc modum optamus.

Quare optatiuus post imperatiuum ponitur? Ideo post imperatiuum ponitur, quia, quamuis temporibus et personis perfectior esse uideatur imperatiuo, tamen eget aduerbium optandi, ut plenum significet sensum, et quod qui optat inferior uidetur esse imperante. Itaque iure post imperatiuum ponitur. Et eget aduerbium optandi quod est 'utinam' suaeque tempora coniuncta habet. 785

Quare optatiuus habet praeteritum dum ipse uidetur ad futurum pertinere? Ea enim optamus quae uolumus nobis in praesens uel in futurum dari, ut <si>, filio meo Romae in praesenti degente, optans dicam 'utinam Romae filius meus legisset auctores, propter quos ibi moratur; utinam profectus esset Romam ante triginta dies'. Possumus tamen hoc uti modo etiam ostendentes quae optamus non euenisse, ut Virgilius in primo Aeneidos: *atque utinam <rex ipse Noto compulsus eodem* 790

R V

783. ab : ad RV 790. habet *corr. ex Rem.* : -ere RV 793. si *suppl. ex Prisc.*
795. profectus *corr. ex Prisc.* : p(er)- RV 797-798. rex ... utinam *suppl. ex Prisc.*

772-775. *Rem. min.* 45.7-9 776-782. *Prisc. GL II* 406.15-20 783-784. *Mur.* 138.32-4; *Sed. mai.* 201.90-2; *Laur.* 92.43-5 785-789. *Prisc. GL II* 424.8-11
789-790. *Rem. min.* 45.13-4 791-799. *Prisc. GL II* 407.10-22

797-798. *Verg. Aen.* 1, 575-6

adforet Aeneas; et: utinam, > Gnee Pompe{g}i, cum Gaio Caesare aut numquam coisses amicitiam aut numquam diremisses.

800 Quare subiunctiuus quartum locum tenet? Quartus est subiunctiuus iure, qui non eget solum aduerbio uel coniunctione, uerum etiam altero uerbo, ut perfectum significet sensum, ut Virgilius in Bucolico: *cum faciam uitulam pro frugibus, ipse uenito*. Vel eo quod imperfectior est ceteris non solum alio uerbo eget, sed etiam particula aduerbii temporis

805 quod est 'cum', ut *cum inuocarem, exaudiuit; cum tribularer, clamaui*.

Coniunctiuus quare dicitur? Coniunctiuus dicitur a coniungendo eo quod coniungatur aliis modis uel ipse sibi coniungat alios ad plenam significationem.

810 Infinitus quid est? Infinitus est qui numeris et personis deficit. Vnde et nomen accepit infiniti, quod nec numeros nec personas definit et eget uno ex quattuor supra dictis modis, ut significet aliquid perfectum, ut 'legere propero', 'legere propera', 'utinam legere properarer', 'cum legere prope{ra}rem'.

815 Infinitiuus quare dicitur? Infinitiuus dicitur quasi non finitus et ponitur in quinto loco eo quod imperfectior est et eo quod habeat coniuncta tempora, quomodo optatiuus, praesens et praeteritum imperfectum, praeteritum perfectum et plusquamperfectum, quomodo apud Graecos. Cum dicimus enim 'legere', significamus rem imperfectam, quae uel ad praesens uel ad praeteritum imperfectum adinet; cum ergo

820 'legisse', perfectam, quae sua est tam praeteriti perfecti quam plusquamperfecti. Nota autem quod uim nominis rei ipsius habet uerbum infinitum, unde quidam nomen uerbi hoc esse dicebant. Dico enim 'bonum est legere' quomodo si dicam 'bona est lectio'. Itaque omnis modus finitus potest <per> hunc modum interpretari, ut, si dicam

R V

799. diremisses : diri- RV 803. uitulam : uitalam RV 809. quid est : quare dicitur V 812. legere² : -ra RV 819. quae : qui RV 820. legis- se : -em est (e- secl. R²) R ~ sua corr. ex Prisc. : siue RV 822. hoc : hunc RV
824. per suppl. ex Prisc.

800-803. Prisc. GL II 424.12-5 803-805. Rem. min. 45.17-20 806-808. cf. Sed. mai. 202.97-4; Laur. 92.46-52 809-813. Prisc. GL II 425.9-12 814-815. Rem. min. 45.21-2 815-827. Prisc. GL II 408.21-409.4

798-799. Cic. Phil. 2, 24 802-803. Verg. Buc. 3, 77 805. Psalm. 4, 2; 119, 1

'lego', quid indicaui? 'Legere me'. Itaque <'lege'>, quid imperaui? 825
'Legere te'. 'Vtinam legerem', quid optaui? 'Legere me'. 'Cum legam,
uenio', quid coniunxi? Prius 'legere' et post 'uenire'.

Inpersonalis quare sextum possidet locum? Quia imperfectissimus est
omnium. Dicitur ergo impersonalis quasi non personalis, id est sine per- 830
sona, sed recipit sibi subplementum a personis pronominum, ut 'legi-
tur a me, a te, ab illo, a nobis, a uobis, ab illis'. Hoc quoque sciendum
est, quoniam ex passiui tertia persona oritur modus impersonalis et sub
litteratura passiui uim habet actiui.

Quam differentiam habet impersonale ad infinitiuum? Quod imper-
sonale actum quidem perfectum significat per omnes modos, persona 835
uero sola deficit; quae si addatur, perfecti uice fungitur uerbi per
omnes modos: per indicatiuum, ut 'curritur a me' pro 'curro'; impera-
tiuum, ut 'curratur a te' pro 'curre'; optatiuum, ut 'utinam curreretur
a{d} te' pro 'utinam curreres'; subiunctiuum, ut 'cum curratur a te' pro
'cum curras'; infinitiuum, <ut> 'curri a te oportet' pro 'currere te oportet'. 840
Infinitiuus uero solo uerbo eget ad plenam significationem, ut
'legere uolo'.

Vnde nascitur impersonale? Impersonale solet nasci uel a neutris
actiuam uel absolutam uim habentibus, non tamen plerumque pas-
suiam, ut 'statutur', 'curritur', 'uiuitur', 'ambulatur', uel ab actiuis, ut 845
'amatur', 'legitur'; a passiuis uero uel communibus uel deponentibus
numquam, nisi ab uno 'misereor miseret', sed magis id quoque a 'mise-
reo' est. Vetustissimi enim pro 'misereor' 'misereo' dicebant.

R V

825. itaque *fort. delendum* ~ lege *suppl. ex Prisc.* ~ quid *om. V* 827. uenio *corr. ex Prisc.* : -iam RV 828. possidet : optinet *in mg. ext. add. R²*; obtinet V 830. pronominum *corr. ex Rem.* : -men RV 832. passiui tertia persona *corr. ex Rem.* : -is -ae -ae RV 834. ad : ab RV 836. deficit : -fecit V ~ quae si *corr. ex Prisc.* : si R; quasi V 837. pro : p(er) RV 837-838. imperatiuum : -i V 838. pro : p(er) RV ~ curre : -ere V ~ curreretur : curretur *R^{ac}* 839. ut *om. R* ~ cum *om. V* 840. currere : curre *R^{ac}* 844. plerumque *ante 843 nasci exb. Prisc.* ~ plerumque : -aque *R^{ac}*

828-833. Rem. *min.* 46.13-9 834-841. Prisc. GL II 413.21-8 841. Prisc. GL II 413.30 843-848. Prisc. GL II 425.13-8

850 Quid interest inter infinitum passium qui fit ab infinitiuo actiuo et
 infinitum qui fit ab impersonalibus uerbis, quae fiunt ab actiuis uerbis?
 Hoc interest, quod infinitus passiuus uerbo eget solo ad perfectam signi-
 ficationem intellegendam, ut ‘amari uolo’; infinitiuus uero impersonalis
 non solum uerbo, sed etiam ablatiuo casu cuiuslibet partis casualis per
 se indiget absque accusatiuo, ut ‘amari a me uolo’ pro ‘amare uolo’. Ideo
 855 autem addi<di>mus “absque accusatiuo”, quod, si ad eum accusatiuus
 reddatur, infinitiuum necesse est eum passium intelligere, ut ‘amari a
 me uolo filium’. Saepe uero etiam non positus {is} subauditur accusa-
 tiuus, ut si dicam ‘doceri a te uolo’ et subaudiam ‘me’.

860 Quare dicitur impersonalis? Impersonalis dicitur quia per se caret per-
 sona{m} nisi cum adiectione pronominis, ut ‘legitur a me’, id est ‘lego’.

Gerundia quare dicuntur? Gerundia dicuntur quia gerunt significa-
 tionem. Contra morem, id est contra consuetudinem, aliorum uerbo-
 rum quae ab actiuis uerbis ueniunt, tam actionem quam passionem
 significant, ut ‘legendi causa uenio’, id est ‘ut legerem’ uel ‘legerer’;
 865 ‘legendo didici’, id est ‘dum legerem’ uel ‘legerer’; ‘legendum mihi est’,
 id est ‘oportet me legere’ uel ‘legi’. Dicuntur et participalia, id est par-
 ticipiis similia futuri temporis passiui: ‘lectum eo’ id est ‘ad locum in
 quo legam’ uel ‘legar’; ‘lectu uenio’ id est ‘de loco in quo legi’ uel ‘lec-
 tus sum’. Ponitur et pro ipsa re {id est pro ipsa uisione}, sicut et ‘mira-
 870 bile uisu’ pro ‘uisione’.

Supina quare dicuntur? Supina dicuntur {ab} eadem uerba quae a
 passiuis participiis, <quae> quidam supina nominauerunt, nascuntur.
 Omnis etenim passio alicui actioni supina, hoc est subposita et quasi
 subiecta, esse uidetur.

875 Quid distat inter gerundia et nomina quorum nominatiuus in ‘dus’
 profertur? Quod, quando sunt absque dubitatione nomina, simili casui

R V (usque ad 870 uisione)

850. quae : qui *RV* 851. solo : sem (*secl. R²; sic pro semper?*) s- *R* 852. in-
 finitiuus : infiniuus *R* 853. casualis : causa- *R^{ac}* 855. eum : e- aliquid (a-
secl. R²) R 858. subaudiam me : subaudi a me *V* 860. adiectione : -em *V*
 872. quae *suppl. ex Prisc.*

849-858. *Prisc. GL II 413.28-414.6* 859-860. cf. supra 829-31 861-862. cf. *Rem.*
min. 56.29-30 862-864. cf. *Prisc. GL II 411.2-4* 866-870. cf. *Rem. min. 57.13-*
58.10 871-872. *Prisc. GL II 412.16-8* 873-874. *Sed. min. 45.22-4* 875-882.
Prisc. GL II 410.14-23

adiunguntur et discernunt genera, ut 'intellegendi Homeri gratia' et 'amandae uirtutis causa' et 'emendi mancipii studio ueni'; quando uero gerundia sunt, nec genera discernunt nec numeros et illum secuntur casum quem et uerba ex quibus nascuntur, ut si dicam 'intellegendi Homerum causa uenio' et 'amandi uirtutem causa laboro' et 'emendi mancipium causa uenio'. 880

Quid distat inter modos et formas? Quod modi declinationem tenent, formae uero sensum.

Quid est forma? Forma est sensus uerbi. 885

Forma quare dicitur? Forma dicitur ab informando eo quod informet nos, id est instruat, ad sensum uerbi intelligendum.

Perfecta forma quare dicitur? Quia perfectum actum uel passionem significat uel quia continuum actum significat et quia omnia habet, id est omnes coniugationes et genera. 890

Meditatiua quare dicitur? Quia meditationem actus significat, ut 'lecturio', id est 'meditor legere'. Vel dicitur a meditando, id est a cogitando, ut 'parturio', id est 'parere cogito'. Parturire dicitur ante partum dolere; parere uero fetum emittere. Quae desideratiua etiam dicitur, <ut 'lecturio',> id est 'desidero legere', et 'esurio', id est 'esse cogito'; qui enim esurit semper cogitat ut manducet. 895

Frequentatiua quare dicitur? Quia frequentiam actus significat {uel continuum}, ut 'lectito', id est 'frequenter lego'.

Inchoatiua quare dicitur? Quia initium actus uel passionis significat, ut 'calesco', id est 'incipio calere'. 900

Quot modis cognoscitur meditatiua? Quattuor: genere, quia semper est neutri generis; coniugatione, quia semper est quartae coniugationis; terminatione, quia semper terminatur in 'urio'; diriuatione, quia semper diriuatur ab ultimo supino, ut a lectu 'lecturio'. Venit autem ab omnibus coniugationibus: a prima, ut 'amo amas amaturio'; a secunda, 905

R

878. amandae : -i R 883. quod : quia R 886. ab : ad R 895. et : ut R
904. autem : enim R

883-884. Sed. *min.* 36.61-2 885. Sed. *mai.* 200.31-2; Rem. *min.* 44.13; *mai.* 251.20
886-887. Sed. *mai.* 200.30-1; 207.4-6; Rem. *min.* 44.11-2; 46.22-4; *mai.* 251.18-20
888-890. cf. Sed. *min.* 37.95-6; *mai.* 209.60-3 891-896. Sed. *mai.* 208.26-31; Rem. *min.*
47.3-7; *mai.* 252.39-253.3 897-898. Sed. *min.* 37.4-5; *mai.* 209.75-7 899-900.
Sed. *mai.* 210.99-1 901-907. cf. Smar. 125.439-45; Sed. *mai.* 209.67-72

ut 'moneo mones moniturio'; a tertia, ut 'lego legis lecturio'; a quarta, ut 'dormio dormis dormiturio'.

910 Quot modis cognoscitur frequentatiua? Tribus: coniugatione, quia semper debet esse primae proprie; terminatione, quia semper terminatur in 'to' proprie; diriuatione, quia semper diriuatur ab ultimo supino, mutata 'u' in 'i' et addita 'to', ut <a> lectu 'lectito'. Venit autem ab omnibus coniugationibus: a prima, ut 'clamo clamas clamito'; a secunda, ut 'uideo uides uisito'; a tertia, ut 'lego legis legito'; a quarta, ut 'dormio dormis dormito'.

915 Quot modis cognoscitur inchoatiua? Quattuor: genere, quia est generis neutris; coniugatione, quia est tertiae; terminatione, quia semper in 'sco' terminatur; diriuatione, quia semper diriuatur a secunda persona, ut 'ferueo ferues' addita 'co' fit 'feruesco'. Venit autem a prima coniugatione, ut 'amo amas amasco'; a secunda, ut 'caleo cales calesco'; 920 a tertia, ut 'lego legis legisco'; a quarta, ut 'dormio dormis dormisco'.

Actiua quare dicuntur? Actiua dicuntur eo quod actum significant et faciunt ex se passiuia absque duobus uerbis, 'metuo' et 'metuor', 'timeo' et 'timeor'; haec enim contrarias uocibus uidentur habere significationes.

925 Passiua quare dicuntur? Quia semper passionem significant, exceptis supra dictis.

930 Quare actiua praecedunt passiuia? Quod naturaliter praecedit actus passionem, quae esse non potest nisi sit actus, et <quod> qui agit incipit, sequitur autem qui patitur, et quod uerbum actiuum adiectionem litterae uel litterarum eget, ut passiuum faciat ex se.

Neutra quare dicuntur? Neutra in uerbo sunt et in nomine per abnegationem duum generum, quia nec plenam actionem nec plenam passionem significant, sed semper absolutam uim intransitiue demonstrant et ideo praecedunt actiuum et passiuum, ut sint de quibus possit

R

923. uocibus *corr. ex Prisc.* : uoes (*sic pro uoces?*) R 928. quae : quod R ~ quod *suppl. ex Prisc.*

908-914. cf. Smar. 127.490-4 915-920. cf. Smar. 126.448-64; Sed. *mai.* 210.6-211.22
921-924. Prisc. *GL* II 373.15-7 925-926. Prisc. *GL* II 374.1-2 927-930. Prisc. *GL* II 423.17-21 931-935. cf. Sed. *mai.* 216.41-217.48

dici neutrum. Sed propria sunt neutra quae per se plenum sensum habent, ut 'uiuo', 'spiro', 'sedeo', 'bibo'. 935

Communia quare dicuntur? Quia sub una terminatione tam actionem quam passionem significant, ut 'osculor te' et 'osculor a te'.

Deponentia quare dicuntur? Quia deponunt unam significationem et alteram retinent: si deponunt actiuam, retinent passiuam, ut 'mорий'; si deponunt passiuam, retinent actiuam, ut 'loquor'. Et dicunt <ur> per cata antifrasi, id est per contrarium, ad deponendum eo quod numquam deponunt <'r'>. 940

Quid est numerus? Numerus est unitatum collectio.

Quare a singulari numero incipimus? Quia hic naturaliter primus est numerorum, qui duplicatus uel multiplicatus facit numerum pluralem. 945

Quid est figura? Figura est compositio dictionum.

Quot MODIS VERBA COMPOVNTVR? QVATTVOR.

Quibus? EX DVOBVS CORRVPVIS, VT 'EFFICIO'; EX DVOBVS INTEGRIS, VT 'ABDICO'; EX CORRVPITO ET INTEGRO, VT 'ALLIGO'; EX INTEGRO ET CORRVPITO, VT 'DEFRINGO'. 950

Quid est tempus? Tempus est expectatio futurorum, memoria praeteritorum, inspectio praesentium. Vel tempus est intentio {est} mentis contemplantis motum solis et lunae. Vel tempus est uicissitudo rerum.

Tempora quare dicuntur? Tempora dicuntur a temperando eo quod sua temperie dispensent singulas partes anni. Sicut enim tempora temperantur a temporibus – uerbi gratia hiems ab aestate et rursus aestas ab hieme: hiems enim frigida et humida, uer calidum et humidum, aestas calida et sicca, autumnus siccus et frigidus –, sic tempora temperantur a temporibus in uerbo: praesens uidelicet a praeterito, praeteritum 955 960

R

943. r *suppl. ex Sed. et Rem.* 953. est² *secl. R*² 954. uicissitudo : -dines R
959. siccus et frigidus *corr. ex Beda* : calidus et humidus R

935-936. cf. Rem. *min.* 51.17 (apud app. crit.) 937-938. Prisc. *GL* II 374.2-3
939-941. cf. Sed. *mai.* 218.79-82 941-943. cf. Sed. *min.* 39.65-7; *mai.* 217.76-7; Rem. *min.* 52.2-3 944. Boeth. *arithm.* 1, 3 945-946. Prisc. *GL* II 423.15-7 947. cf. supra 296 948-951. Don. *mai.* 637.7-9 952-954. Rem. *Comm. in Mart. Cap.* 168.3
955-959. cf. Sed. *mai.* 198.69-75; Rem. *min.* 53.9-15; *mai.* 256.17-20 958-959. cf. Beda *temp. rat.* 35 959-961. Sed. *mai.* 226.9-10

uero a futuro. Nam aut semper prasentes habeantur aut praeteritae teneantur aut futurae sperentur.

965 Quid est praesens tempus? Praesens tempus proprie dicitur cuius pars praeter<i>i>it, pars futura est. Cum enim tempus fluuii more instabili uoluatur motu, uix punctum habere potest in praesenti{s}, hoc est instanti{s}.

970 Quare praesens tempus aliis praeponitur temporibus? Quod in ipso sumus dum loquimur de praeterito et futuro et quia ad praesens praeterita et futura intelleguntur, quod si non sit alia minime intelligi possunt, et quia positio indicatiui uerbi ab ipso incipit et quod ex ipso cuncta tempora regulas trahunt et quia praeteritum et futurum non possunt esse nisi prius fuerit praesens.

Cur praesens tempus dicitur? Quia praesentem actum significat.

975 Praeteritum imperfectum quid est? Praeteritum imperfectum dicitur quod rem coeptam necdum finitam significat, ut 'legebam nuper'. Praeteritum perfectum dicitur quod multo ante rem perfectam significat. Instans autem, qui est praesens, indiuiduum est quod uix stare potest. Vnde merito a quibusdam instans imperfectum nominatur. Nisi enim sit imperfectum, in eo adhuc esse actus intelligi non potest.

980 Queritur enim cur, cum tempus sit in perpetuum quiddam et indiuiduum, quare diuidamus eum in diuersa tempora? Ad ordinationem nostrorum gestorum in diuersa diuidimus tempora quia quod accidit rebus ipsis quas agimus nomen 'tempora' ipsis inponimus.

985 Cur praesens et futurum habent contenta tempora singulis uocibus? Quia tempus praeteritum tam late patet ut in tres species diuidatur, in imperfectam scilicet, perfectam et plusquamperfectam, et quia longo spatio saeculorum nihil certius potest euenire ad nostram notitiam quam actus praeteriti temporis.

990 Cur ergo praesens et futurum non diuiduntur postquam praeteritum secuntur? Quia incerta est eorum nobis cognitio et dubia plerumque; ita per haec duo tempora singulis uocibus iure sumus contenti.

R

961. nam R (*ut uid.*) 962. teneantur R (*ut uid.*) 965. motu : modo R^{ac}

963-966. Prisc. GL II 414.10-3 967-972. Prisc. GL II 422.23-423.1 974-977. cf. Prisc. GL II 405.27-406.5 977-979. Prisc. GL II 406.6-8 980-981. cf. Sed. mai. 226.3-4 981-982. Prisc. GL II 405.23-4 982-983. Prisc. GL II 406.1-2 984-991. cf. Prisc. GL II 405.8-15

Quid est persona? Persona est naturae rationabilis indiuidua substantia.

Persona quare dicitur? Persona dicitur a personando eo quod ualde sonat, id est per se sonat uel per se sonando se ipsam demonstrat. 995

Prima persona quae est? Prima persona est quae de se loquitur uel sola uel cum aliis, ut ‘dico’, ‘dicimus’.

Secunda quae est? Secunda est ad quam loquitur de ipsa uel sola uel cum aliis, ut ‘dicis’, ‘dicitis’.

Tertia quae est? Tertia est de qua extra se et illam ad quam dirigit sermonem posita loquitur prima, ut ‘dicit’, ‘dicunt’. Nisi enim <sit> prima quae proferat sermonem, aliae esse non possunt; et quod ista sine illis potest inueniri, cum secum aliquis loquitur, illae autem sine ista non inueniuntur; et quod causa naturaliter ante causatiua (quae ex causa fiunt) esse solet. Causa autem fit secundae et tertiae personae prima persona; iure igitur illis praeponitur, quae sunt causatiuae. 1000 1005

DE ADVERBIO

ADVERBIVM QUID EST? PARS ORATIONIS QVAE ADIECTA VERBO SIGNIFICATIONEM EIVS EXPLANAT ATQVE IMPLET.

Cum dixit “pars orationis” quid fecit? Diffiniuit a genere et cetera. 1010 Omnis enim uox articulata et litterata pars orationis generaliter uocatur.

Quando dixit “quae adiecta uerbo significationem eius explanat atque implet” quid fecit? Diffiniuit a proprio, hoc est a proprietate. Hoc enim illi soli proprium est et non commune cum aliis.

Aduerbum quare dicitur? Aduerbum dicitur eo quod stet iuxta uerbum et semper eo nitatur. Nam ‘ad’ pro ‘iuxta’ ponitur. 1015

Quid est proprium aduerbii? Proprium est aduerbii cum uerbo poni et sine eo perfectam significationem non posse habere, ut ‘bene facio’,

R

995. ipsam : -um R 1001. sit *suppl. ex Prisc.* 1003. inueniri *corr. ex Prisc.* : -e R

992-993. Boeth. *c. Eut.* 3 994-995. cf. supra 479-80 996-1001. Prisc. *GL* II 448.11-4 1001-1006. Prisc. *GL* II 423.10-5 1007-1009. Don. *min.* 595.24-6; *mai.* 640.1-3 1015-1016. cf. Mur. 150.15-7; Sed. *mai.* 236.33-237.37; *Laur.* 110.16-7; Rem. *min.* 60.2-6 1017-1019. Prisc. *GL* II 56.3-4

1020 ‘docte lego’, uel sine participio, quod uim uerbi possidet, ut ‘bene faciens’, ‘docte legens’. Verbum quidem sine aduerbio perfectam potest habere significationem, ut ‘uiuo’, ‘spiro’; aduerbium uero sine uerbo numquam.

1025 Quid est aduerbium secundum Priscianum? Aduerbium est pars orationis indeclinabilis, cuius significatio uerbis adicitur. Hoc enim perficit aduerbium uerbis additum, quod adiectiua nomina appellatiuis adiuncta, ut ‘prudens homo prudenter agit’, ‘felix uir feliciter uiuit’.

1030 Quomodo “explanat atque implet aut minuit”? In hoc loco “explanat et implet” unum significat quia uerbi actus quales sint significatio aduerbii manifeste demonstrat, ut ‘Agustinus disputat disserte’, ‘Hieronimus exponit eleganter’, ‘Ambrosius loquitur scolastice’, ‘Gregorius tractat moraliter’; hoc est quod dicit “explanat et implet”. “Minuit” autem, ut mihi uidetur, quando imperantis auctoritate resistit, ut Achaz rex dicenti sibi *Pete tibi signum a Domino Deo tuo* respondens ait: *Non petam et non temptabo Dominum* et similia.

1035 Significatio quare dicitur? Signa sunt quae nos aliquo motu uel indicio pertrahunt ad certum rei intellectum, ergo ab eo quod est signum et facio. Dicitur significatio eo quod signum faciat nobis illius rei quam intelligere uolumus.

1040 Species primitiua et diriuatiua aduerbiis accidit. Primitiua sunt quae a se nascuntur, ut ‘non’, ‘ita’; diriuatiua uero quae ab aliis nascuntur, ut a ‘clam’ ‘clanculum’. Diriuantur igitur aduerbia uel ab aliis aduerbiis, ut ‘prope propius’, uel a nominibus, ut ‘Tullius Tulliane’, uel a uerbo siue participio uel participali nomine, ut ‘sentio sensus sensim’, ‘sto status statim’, a nomine et uerbo, ut ‘pedetemptim’ a ‘pede’ et ‘tempto’,
1045 uel a pronomine, ut ‘hic’, ‘illic’ ab ‘hic’ et ‘ille’; uel a praepositione, ut ab ‘ex’ ‘extra’, ‘in intra’, ‘con contra’, ‘sub subter’. ‘A’ terminantia

R V (a 1039 diriuatiua)

1035-1036. indicio : -um *R* 1041. a clam *corr. ex Prisc.* : ad adam *RV*
1046. terminantia *corr. ex Prisc.* : -nata *RV*

1019-1022. *Prisc. GL III 62.16-8* 1023-1026. *Prisc. GL III 60.2-5* 1027-1034.
Smar. 175.15-23 1035-1038. *cf. Rem. min. 60.28-9* 1039-1046. *Prisc. GL III*
63.7-20 1046-1049. *Prisc. GL III 65.21-7*

1033. *Is. 7, 11* 1034. *Is. 7, 12*

aduerbia uel primitiua sunt, ut 'ita', uel composita, ut 'praeterea', uel ablatiui sunt nominum qui pro aduerbiis accipiuntur, ut 'una', 'qua', 'nequa', 'Roma'.

ADVERBIA LOCALIA quot species habent? Quattuor.

1050

Quae? In loco, de loco, ad locum, per locum.

Da interrogationem in loco. Vt 'ubi?'. Reposituius eius. Vt 'intus' uel 'foris'.

<Da interrogationem de loco. Vt 'unde?'. Reposituius eius. Vt 'intus' uel 'foris'.>

1055

Da interrogationem ad locum. Vt 'quo?'. Reposituius eius. Vt 'intro' uel 'foras'.

Da interrogationem per locum. Vt 'qua?'. Reposituius eius. Vt 'hac', 'istac', 'illac'.

Nomina ciuitatum quae sunt primae uel secundae declinationis in quo casu intelleguntur? In loco in genitiuo, de loco in ablatiui, ad locum in accusatiui, per locum in ablatiui. Vt 'Papiae sum', 'Mediolanii sum', 'Placentiae sum'; 'Papiae uenio', 'Mediolanio uenio', 'Placentia uenio'; 'Papiam uado', 'Mediolanium uado', 'Placentiam uado'; 'Papiae transiui', 'Mediolanio transiui', 'Placentia transiui'.

1060

1065

Et illa quae sunt tertiae declinationis et quae semper pluraliter proferuntur in quo casu intelleguntur? In loco in ablatiui, de loco in eodem, ad locum in accusatiui, per locum in ablatiui.

Quomodo? Vt 'Cartagine sum', 'Tudere sum', 'Micenis sum'; 'Cartagine uenio', 'Tudere uenio', 'Micenis uenio'; 'Cartaginem uado', 'Tuder(e) uado', 'Micenas uado'; 'Cartagine transiui', 'Tudere transiui', 'Micenis transiui'.

1070

Quae nomina sunt quae ad horum similitudinem proferuntur? Tria: 'domus', 'humus' et 'militia'.

R V

1048. qui : que RV 1052. reposituius : reposita R 1054-1055. da ... foris
suppl. ex Rem. 1060. quae : qui RV 1062-1063. Mediolanii : -no RV
 1063. Mediolanio : -no V 1064. Mediolanium : -num V 1065. Mediolanio : -no V
 1066. quae² : qui RV 1071. Micenas : -is V 1073. quae² : qui RV

1050-1077. cf. Rem. *min.* 66.9-67.4 secundum recensionem ms. Orléans 259, pp. 311-312

- 1075 Quomodo? Vt 'domi sum', 'militiae sum', 'humi sum'; 'domo uenio', 'humo uenio', 'militia uenio'; 'domum uado', 'humum uado', 'militiam uado'; 'domo transiui', 'humo transiui', 'militia transiui'.

DE PARTICIPIO

- 1080 Participium quare dicitur? PARTICIPIVM dicitur quasi participium eo QVOD PARTEM CAPIAT NOMINIS PARTEMQVE VERBI.

Quid est participium secundum Priscianum? Participium est pars orationis quae pro uerbo accipitur, ex quo diriuatur naturaliter, genus et casum habens ad similitudinem nominis et accidentia uerbi absque discretione personarum et modorum.

- 1085 Quid est proprium participii? Proprium est participii partem capere a nomine partemque a uerbo. Participium autem iure separatur a uerbo quod et casus habet, quibus caret uerbum, et genera habet ad similitudinem nominum, nec modos habet, quos continet uerbum.

- 1090 Quare inuentum est participium? Participium ideo inuentum, quod nomini quasi uerbum adiungitur, sed non aliter, nisi sit nominatiuus casus ei{us} personae adiunctus, secundum quam personam profertur uerbum, ut 'facio ego bonus', 'facis tu bonus'. Cum igitur flectas, id est declines, nomen in obliquos casus, uerbum adiungi ei nomini non potest intransitiuum, hoc est AMHΘABAΘΩN, hoc est in sua manens persona. Nam et metabatika dicuntur transitiva, quae ab alia ad aliam transeunt personam, in quibus solent obliqui casus adiungi uerbo, ut 'misereor tui', 'moderatur imperator militibus'. Hic enim quia ab alia persona in aliam transit uerbi significatio{nem}, utimur obliquis casibus. Cum igitur sunt intransitiua, quia non possunt obliqui casus his
1095 adiungi, loco uerbi subit participium, ut 'bonus homo loquebatur',
1100

R V

1082. quae : qui RV 1083. casum *corr. ex Prisc.* : -us RV 1084. discretione : dissert- V 1089. participium² : -o *R^{ac}* 1092. bonus¹ : -um *R^{ac}V^{ac}*
1093. declines : -as V 1094. AMHΘABAΘΩN : *sic pro ἀμετάβατον* 1095. metabatika : -tia R; metbatia V ~ quae : qui RV

1078-1080. Rem. *min.* 67.19-21; cf. Don. *min.* 597.4-5; *mai.* 644.1-2 1081-1084. Prisc. GL II 552.18-20 1085-1088. Prisc. GL II 55.10-2 1089-1110. Prisc. GL II 552.21-553.11

‘boni hominis loquentis orationem audiui’, ‘bono homini loquenti dedi’, ‘bonum hominem loquentem audiui’, ‘bono homine loquente delectatus sum’. Vbique enim participium loco uerbi intransitiui accipitur. Vocatiuus quoque, quomodo nominatiuus, intransitiuis uerbis adiungitur, ut ‘doctus loquens proficis’ et ‘docte loquens proficis’ uel ‘profice’. Sicut igitur pronomen ideo est inuentum, ut adiungi primae et secundae uerbi personae possit – nomina enim tertiae personae coniungi uolunt absque uocatiuo casu, qui semper secundae adiungitur personae –, sic et participia inuenta sunt, ut quod deest uerbis, id est casus, compleant coniuncta nominibus. 1105 1110

Quare commune duum generum uel epicoenon in participio non inuenitur? Quia natura ipsa prohibet. Cum enim uerba ex quibus nascuntur participia pariter omnibus adiungantur generibus, ut ‘legit uir’, ‘legit mulier’, ‘legit mancipium’, necessario participium quod ex eo proficiscitur eisdem generibus associatur. Et siquidem in ‘ns’ desinat, quod fit in praesenti tempore, quod est etiam {in} praeteritum imperfectum, sine dubio trium est generum commune ad formam adiectiuorum nominum, quae, cum in duas desinant consonantes, trium sunt generum communia. Sin uero in ‘us’ finiantur masculina, pariter ad similitudinem adiectiuorum in ‘a’ finiunt feminina et in ‘um’ neutra, quod fit in omni praeterito tempore et futuro. Nec mirum si ad formam adiectiuorum habeant diriuationem, cum paene uim habeant participia quoque adiectiuorum; accidentia enim propriis uel appellatiuis nominibus accidunt, uelut illa, ut ‘bonus homo’ adiectiuum, ‘legens homo’, et illud accidit et hoc accidit: ‘fortis Scipio’, ‘legens Scipio’. 1115 1120 1125

Quare sex casus habent participia? Casus participia sex habent, quomodo et nomina, nec sunt in ipsis deficientia aliquo casu. Nec mirum, nam in eo quoque imitantur adiectiua, quae nullo deficiunt casu, siue sint mobilia siue in duas consonantes desinentia. Quae enim deficiunt fixa sunt, ut ‘fas’, ‘dicione’, ‘iter’, ‘preci’ et ‘prece’, ‘uicem’ et ‘uice’. 1130

R V

1105. proficis¹ corr. ex Prisc. : -it R; -c^(*) V ~ proficis² corr. ex Prisc. : -c^(*) RV
 1112-1113. ex quibus nascuntur participia pariter om. V 1114. participium :
 -o RV 1115. ns : us RV 1118. quae : qui RV 1119. generum : -a RV
 1128. quae : qui RV 1130. iter corr. ex Prisc. : ite(m) RV

1111-1125. Prisc. GL II 555.25-556.10

1126-1133. Prisc. GL II 563.18-564.5

Nam 'frugi' et 'nihili' et 'mancipi' et 'huiuscemodi' et similia non deficiunt aliquo casu certo, sed pro omni casu una eademque terminatione funguntur.

1135 Quae tempora accidunt participiis? Tempora participiis accidunt eadem quae et uerbis infinitis, id est praesens, quod est etiam praeteritum imperfectum, ut 'osculari' et 'osculans', praeteritum perfectum, quod est etiam praeteritum plusquamperfectum, ut 'osculatum esse' uel 'fuisse' et 'osculatus', futurum, ut 'osculatum iri' et 'osculaturus'.

1140 Quid est significatio in participio? Significatio in participio intelligitur secundum quam ostenditur, a qua significatione uerbi singula ueniunt participia.

1145 Quas figuras habent participia? Figuras habent quas a uerbis accipiunt. Nam per se numquam componitur participium nisi prius uerbum eius componatur. Ergo uel simplicia sunt uel decomposita plerumque, quae Graeci parasiatheta uocant, id est a compositis uerbis diriuat[iu]a, ut 'efficio efficiens', 'intellego intellegens'. Si enim ipsa per se composita fuerint non prius uerbis compositis, transeunt in nominum uim, sicut etiam si comparentur, ut 'nocens innocens', 'sapiens insipiens'. Simplicia enim eorum possunt et participia esse et nomina; composita uero sine dubio nomina sunt. 'Indulgens', 'amans', 'acceptus', si comparentur, nomina sunt: 'indulgentior', 'amantior', 'acceptior'.

1150 Quot modis nomina a participiis uel participia a nominibus discernuntur? Tribus.

Quibus? Casu, comparatione, tempore.

1155 Quomodo casu? Quia, si fuerit participium, eundem casum requirit quem <et> uerbum a quo uenit, ut 'amo illum', 'amans illum'; si autem nomen, genitiuum casum requirit, ut 'amans illius'.

Quomodo comparatione? Quia, si fuerit nomen, comparari poterit; si autem participium, minime.

R V

1137. est *om.* R 1145. quae : q- a R; quia V ~ parasiatheta : sic pro παρασύνθετα 1149. esse *om.* V (*add.* V²) 1154. casu : -us V 1156. et *suppl.* ex Rem.

1134-1138. Prisc. *GL* II 564.20-4 1139-1141. Rem. *min.* 69.11-3 1142-1151. Prisc. *GL* II 568.16-569.1 1152-1161. Rem. *min.* 70.9-17

Quomodo tempore? Quia, si fuerit participium, tempus habebit; sin- 1160
autem nomen, tempore carebit.

Participia praesentis temporis in quid desinunt? In 'ns'.

A quibus uerbis ueniunt? Ab omnibus, exceptis passiuus.

Et quid significant? Quando ueniunt ab actiuis uel a communibus, 1165
significant tantum actionem; quando ueniunt a deponentibus <uel a>
neutralibus, aliquando actionem aliquando passionem, prout ipsa neu-
tralia uel deponentia significauerint ex quibus diriuantur.

Participia praeteriti temporis in quid desinunt? In 'tus' et in 'sus' et 1170
in 'xus'.

A quibus uerbis ueniunt? A passiuus et a communibus atque depo- 1170
nentibus.

Et quid significant? Quando ueniunt a passiuus, tantum passionem; 1175
quando a communibus, tam actionem quam passionem; quando ueniunt
a deponentibus, aliquando actionem, prout ipsa deponentia significaue-
rint ex quibus diriuantur.

Participia futuri temporis in quid desinunt? In 'rus' et in 'dus'.

Ea quae in 'rus' desinunt a quibus uerbis ueniunt? Ab omnibus, 1180
exceptis passiuus.

Et quid significant? Quando ueniunt ab actiuis et a communibus, 1180
tantum actionem; quando ueniunt a deponentibus et neutralibus, ali-
quando actionem aliquando passionem, prout ipsa neutralia atque
deponentia fuerint ex quibus diriuantur.

Ea quae in 'dus' desinunt a quibus uerbis ueniunt? A passiuus et a 1185
communibus.

Et quid significant? Tantum passionem. 1185

Participium praesentis temporis et praeteriti imperfecti unde nasci- 1190
tur? A prima persona praeteriti imperfecti, mutatione extremae sylla-
bae, id est 'bam' in 'ns', ut 'amabam amans', 'docebam docens', 'lege-
bam legens', 'faciebam faciens', 'audiebam audiens', exceptis in 'eo'
desinentibus quartae coniugationis uerbis, quae contra aliorum regu-
lam 'i' habent ante 'bam' productam.

R V

1168. et¹ *om.* V 1187. mutatione : -em V 1190. quae : qui RV

1162. cf. Prisc. *GL* II 556.1 1168-1169. Prisc. *GL* II 558.7-8 1176-1184. cf.
Prisc. *GL* II 557.28-558.1 1186-1191. Prisc. *GL* II 557.13-7

Participia futuri temporis in ‘rus’ desinentia, quae a uerbis actiuis uel neutralibus uel deponentibus siue a communibus ueniunt, unde formantur? Ab extremo supino, addita ‘rus’, ut ‘amatu amaturus’, ‘doc-
 1195 turus’, ‘lecturus’, ‘auditurus’, ‘staturus’, ‘locuturus’, ‘criminaturus’, ‘osculaturus’.

Passiua eiusdem temporis futuri participia unde nascuntur? A genitiuo participii praesentis temporis ‘tis’ finali in ‘dus’ conuersa, ut ‘amantis amandus’, ‘docentis docendus’, ‘legentis legendus’, ‘audientis
 1200 audiendus’, ‘praetereundus’, ‘transeundus’.

Participia praeteriti temporis quae in ‘tus’ uel ‘sus’ uel ‘xus’ desinunt unde formantur? Similiter a supino extremo, addita ‘s’ et correpta ‘u’.

Et a quibus uerbis nascuntur? A passiuis, ut ‘amatu amatus’, ‘doctu doctus’, ‘mersu mersus’, ‘auditu auditus’; a communibus, ut ‘criminatu
 1205 criminatus’, ‘osculatu osculatus’; a deponentibus, ut ‘for faris fatu fatus’, ‘ratu ratus’, ‘uereor ueritu ueritus’, ‘locutu locutus’; a neutris passiuis, ut ‘gauisu gauisus’, ‘ausu ausus’, ‘solitu solitus’, ‘fid{e}o fisus’, ‘fa<c>tu fa<c>tus’; a neutris uero pauca nascuntur praeterita, ut ‘cena-
 1210 tu cenatus’, ‘pransu pransus’, ‘titubatu titubatus’, ‘quietu quietus’, ‘nu<p>tu nu<p>tus’, a ‘pateo’ ‘passus’ et a ‘careo’ ‘cassus’, quod et nomen est.

DE CONIUNCTIONE

CONIUNCTIO QUID EST? PARS ORATIONIS ADNECTENS ORDINANSQVE SENTENTIAM.

1215 Cum dixit “pars orationis” quid fecit? Diffiniuit a genere, hoc est a generalitate. Omnis uox articulata <et> litterata pars orationis generaliter uocatur.

Quid est coniunctio secundum Priscianum? Coniunctio est pars orationis indeclinabilis, coniunct<iu>a aliarum partium orationis, quibus
 1220 consignificat, uim uel ordinationem demonstrans: uim, quando simul

R V (usque ad 1199 legendus)

1201. quae : qui R 1202. s et corr. ex Prisc. : sed R 1208-1209. cenatu :
 cela- R^{dc}

1192-1200. Prisc. GL II 557.25-558.6 1201-1211. Prisc. GL II 558.7-559.22
 1206-1208. cf. Prisc. GL II 566.21-7 1212-1214. Don. min. 599.12-3; mai. 646.13-4
 1218-1225. Prisc. GL III 93.2-8

esse res aliquas significat, ut 'et pius et fortis fuit Aeneas'; ordinationem, quando consequentiam aliquarum demonstrat rerum, ut 'si ambulat, mouetur'. Sequitur enim ambulationem motus, non tamen etiam motum omnimodo sequitur ambulatio. Potest enim aliquis et sedens et accumbens moueri; ambulare autem sine motu nemo potest. 1225

Quid est proprium coniunctionis? Proprium est coniunctionis {pro} diuersa nomina uel quascumque dictiones casuales uel diuersa uerba uel aduerbia coniungere, ut '<et Terentius et Cicero>', 'uel> Terentius uel Cicero'; 'et formosus et sapiens', 'uel formosus <uel sapiens>'; 'et legens et scribens', 'uel legens uel scribens'; 'et ego et tu', 'uel ego uel tu'; 'et facio et dico', 'uel facio uel dico'; 'et bene et celeriter', 'uel bene uel celeriter'. 1230

Quae sunt copulatiuae? Quae copulant tam uerba quam sensum, ut 'et', 'que', 'ac', 'atque', 'quidem', 'quoque' – quando pro 'que' ponitur –, 'at', {'ac'}, 'ast', 'sed', 'autem'; <...> et 'uero' de ipsis sunt quando pro 'autem' accipiuntur. Haec enim copulant cum confirmatione intellectum. 1235

Quae sunt disiunctiuae? Disiunctiuae sunt quae, quamuis dictiones coniungant, sensum tamen disiungunt et alteram quidem rem esse, alteram uero non esse significant. Virgilius: *sive errore uiae seu tempestatibus acti*; et 'aut dies est aut nox'; Iuuenalis: *aut dic aut accipe calcem*. 1240

Quomodo disiunctiuae dicuntur, dum coniunctionibus disiunctiones contrariae omnino esse uideantur? Sciendum est quod coniunctiones, licet uerba coniungant, sensum tamen disiungunt. Et quia uerba coniungunt coniunctiones, quia uero sensum disiungunt, recte disiunctiuae uocantur. Quando enim dico 'ego et tu eamus illuc', non est talis sensus qualis quando dico 'ego aut tu eamus illuc'; in uno ambos, in alio uero unum ex ambobus intelligis ire. 1245

R

1222. aliquarum : alia- *R^{ac}* 1224. ambulatio : emu- *R^{ac}* 1226. pro *secl.* *R²*
 1228. et Terentius et Cicero uel *suppl. ex Prisc.* 1229. uel sapiens *suppl. ex Prisc.*
 1235. at : ut *R* 1236. haec *corr. ex Prisc.* : hoc *R* ~ confirmatione *corr. ex Prisc.* :
 confor- *R* 1238. quae² : quia *R* 1239. quidem *corr. ex Prisc.* : -dam *R*
 1247. uno *corr. ex Smar.* : -um *R*

1226-1232. *Prisc. GL II 56.16-21* 1233-1237. *Prisc. GL III 93.17-20* 1238-
 1241. *Prisc. GL III 97.17-22* 1242-1248. *Smar. 208.80-7*

1240-1241. *Verg. Aen. 7, 199* 1241. *Iuu. 3, 295*

Quae sunt expletiuae? Expletiuae sunt quaecumque coniunctiones
 1250 ornatus causa uel metri {quia} nulla significationis necessitate ponuntur.

Expletiuae coniunctiones quam uim habent? Quod locutionibus,
 quibus additae fuerint, et illarum partium finem cum uenustate
 explendo concludunt.

Quae sunt causales? Causales sunt quae causam antecedentem, id est
 1255 <res> ex causa antecedente eueniente<s>, significant, ut 'doctus eris, si
 legas'.

Quae sunt rationales? Collectiuae uel rationales sunt quae <per>
 illationem colligunt supra dictum, hoc est ratione{m} confirmant, ut
 'ergo', 'igitur', 'itaque', quando antepaenultima acuitur; sin autem
 1260 aduerbium est similitudinis et ponitur pro 'sic'. 'Itaque' coniunctio, ex
 duabus partibus composita, ex 'atque' et 'ita', ponitur pro 'ergo'.

Quare causales et rationales coniunctiones ultimae inseruntur? Quia
 superioribus sententiis congruum et rationabilem dant responsum. Sic
 enim formata locutio et actio debet esse humana, ut primum causas
 1265 quas agere desiderat diligenter inquirat et exquisitas postea rationabi-
 liter exponat. Ergo secundum hanc rationabilem regulam primum cau-
 salibus, postea debemus coniunctionibus uti rationalibus, ut secundum
 nostras actiones sint formatae locutiones.

DE PRAEPOSITIONE

1270 PRAEPOSITIO QUID EST? PARS ORATIONIS QVAE PRAEPOSITA ALIIS PAR-
 TIBVS ORATIONIS SIGNIFICATIONES EARVM AVT COMPLET AVT MUTAT AVT
 MINVIT.

Cum dixit "pars orationis" quid fecit? Diffiniuit a genere, hoc est a
 generalitate.

1275 Cum dixit "quae praeposita aliis partibus orationis significationem
 earum aut complet aut mutat aut minuit" quid fecit? Diffiniuit a pro-
 prio, hoc est a proprietate, ut supra.

R

1254. quae² : qui R 1255. res *suppl.* ex Prisc. ~ antecedente : -em R^{ac}
 1264. primum : prius R^{ac}

1249-1250. Prisc. GL III 102.12-4 1251-1253. Smar. 209.118-22 1254-1256. Prisc.
 GL III 96.23-4 1257-1259. Prisc. GL III 100.15-7 1259-1261. cf. Smar. 215.290-5
 1262-1268. Smar. 216.317-24 1269-1272. Don. *min.* 600.7-9; *mai.* 648.3-5

Quomodo “complet”? Vt ‘celsus excelsus’.

Quomodo “mutat”? Vt ‘doctus indoctus’.

Quomodo “minuit”? Vt ‘subrideo’, ‘subtristis’.

1280

Praepositio quare dicitur? Praepositio dicitur quod praeponitur aliis partibus orationis non in ordine, sed in constructione, ut *ad Patrem uado*.

Quid est praepositio secundum Priscianum? Praepositio est pars orationis indeclinabilis quae praeponitur aliis partibus uel appositione uel compositione. Est autem quando per appositionem prolatae praepositiones praepostere ponuntur, poetica plerumque auctoritate; nam sine metris scribentes rarissime hoc inuenies facere nisi in ‘cum’, quae solet quibusdam pronominiibus apud omnes similiter postponi.

1285

Quid est proprium praepositionis? Proprium est praepositionis separatim quidem per appositionem casualibus praeponi, ut ‘de rege’, ‘apud amicum’, coniunctim uero per compositionem tam cum habentibus casus quam cum non habentibus, ut ‘indoctus’, ‘interritus’, ‘intercurro’, ‘proconsul’, ‘induco’, ‘insipiens’. Oportet autem scire quod Graeci proprium esse dicunt praepositionis, ut nihil certum per se posita sine aliis partibus orationis significare possit.

1290

1295

Quem accentum habent praepositiones? Accentum habent praepositiones acutum in fine, tam apud Graecos quam apud Latinos, qui tamen cum aliis legendo in grauem conuertitur, nisi praepostere proferantur, quod Eoles quoque, quamuis fugiant accentum in fine acutum, in hac parte solent seruare. Cum uero praepostere ponuntur, monosyllabae acuto, dissyllabae paenultimo acuto proferuntur, nisi aliqua differentia impediat, ut Virgilius: *maria omnia circum*; finalem enim acuimus syllabam ne, si paenultimam acuamus, nomen uel aduerbium putetur esse.

1300

R

1293. casus *corr. ex Prisc.* : -um R 1299. conuertitur *corr. ex Prisc.* : -uertuntur R
1304. ne si *corr. ex Prisc.* : nisi R ~ aduerbium *corr. ex Prisc.* : uerbum R

1278-1280. cf. Sed. *mai.* 288.12-9 1284-1289. Prisc. *GL* III 24.13-8 1290-1294.
Prisc. *GL* II 56.12-5 1294-1296. Prisc. *GL* III 30.9-11 1297-1304. Prisc. *GL* III
27.4-13

1282-1283. Ioh. 14, 12 1303. Verg. *Aen.* 1, 32

1305 Quid distat inter 'cis' et 'citra'? Quod 'cis' propriis nominibus fluminum uel montium solet praeponi plerumque, reliquis uero magis 'citra', ut 'cis Alpes', 'cis Padum', 'citra cruorem', 'citra forum'. Et a 'cis' quidem diriuatur 'citra'; a 'citra' uero 'citer', 'citerior', 'citimus'.

1310 Quid distat inter 'coram' et 'palam'? Quod 'coram' ad personas, 'palam' ad omnia recipitur.

Loquelaes praepositiones quare dicuntur? Eo quod loquelis augmentum tribuant et ornatum, ut 'diuerto', 'disrumpo', 'relinquo', 'secerno', 'ammoneo', 'conduco'. Quae sic iunguntur cum uerbis ut non separentur et ideo 'loquelaes' dicuntur, quia compositas loquelas conficiunt.

1315 Quomodo PRAEPOSITIONES VERBA corrumpunt et corrumpuntur? CORRUMPUNT, VT 'CONFICIO', 'inficio', 'reficio', 'incipio', 'recipio' et cetera; CORRUMPUNTUR uero integro uerbo permanente, VT 'SVFFERO', 'effero', 'offero', 'appeto', 'appono' et similia.

1320 Quomodo praepositiones nec corrumpunt nec corrumpuntur? Vt 'inploro', 'inrogo', 'expeto', 'conuoco' et similia.

Quomodo VIM SVAM SAEPE COMMVTANT? Si praepositae non fuerint, sed subpositae, uim praepositionis amittunt. Et non solum praepositiones, sed et omnis pars orationis, ut dictum est a grammaticis, si desierit esse quod est, in aduerbii significatione <m> mutatur.

1325

DE INTERIECTIONE

INTERIECTIO QUID EST? PARS ORATIONIS SIGNIFICANS MENTIS AFFECTVM VOCE INCOGNITA.

Cum dixit "pars orationis" quid fecit? Diffiniuit a genere et reliqua.

Cum dixit "significans mentis affectum uoce incognita" quid fecit?

1330 Diffiniuit a proprio et reliqua.

Interiectio quare dicitur? Eo quod interiectiue erumpat et inpraemitate emergat inter alias partes.

R

1306. praeponi : pro- *R^{ac}*

1305-1308. Prisc. *GL* III 40.25-30 1309-1310. Prisc. *GL* III 52.13-4 1311-1314. Smar. 220.38-42 1315-1318. Smar. 229.317-230.324; cf. Don. *mai.* 651.7-8
1319-1320. Smar. 230.325-7 1321-1324. Smar. 229.306-16 1321. Don. *mai.* 651.5-6
1325-1327. Don. *min.* 602.1-2 1331-1332. cf. Sed. *mai.* 312.26-8; Rem. *min.* 90.16-7

Quid est proprium interiectionis? Proprium est interiectionis significare mentis affectum uoce incognita.

Cur Graeci interiectionem inter aduerbia ponunt? Quia haec quoque
 uel adiungitur uerbis uel uerba ei{s} subaudiuntur, ut si dicam 'papae,
 quid uideo?', uel per se 'papae', etiamsi non addatur 'aliquid miror',
 habet in se ipsius uerbi significationem. Quae res maxime fecit Romanorum
 artium scriptores separatim hanc partem ab aduerbiis accipere,
 quia uidetur affectum habere in sese uerbi et plenam motus animi
 significationem, etiamsi non addatur uerbum, demonstrare.

EXPLICIT

R

1337. miror *corr. ex Prisc.* : minorem R

1335-1341. Prisc. GL III 90.6-12

